vero patit̄ q̄ ꝯtra ipaꝫ dedignat̄ · l'
q̄ de ipa qn̄ diſcit vel docet ſupbit ·
Apoꝰ . i. Cori · viij · Scia inflat . Sed
eructationē . i. ſtomachi euentatio
nē patit̄ · q̄ ex ipſa v̄tū oſtētatiōis
querit · Patit̄ āt iſta ſtomachꝰ qn̄
doq; ex maligna ꝯplexiōe · qn̄doq;
ex nimia exinanitiōe · quādoq; ex
nimia repletiōe · quādoq; ex vigo
ris defectione · qn̄q; vero ex expulſi
ue v̄tutis debilitatione · Quaſi aūt
inordinata ꝯplexio humoꝝ in ſto
macho ē inordinatio paſſionū puta
amoris · vel odij · vel ire et ſitiū · ex
qua frequēt̄ accidit ꝙ homo ē ma
le diſpoſitus ad audiēdum verbuꝫ
dei · Ex nimia etiā paupertatis iani
tione vel diuitiaꝝ repletione · quia
vtraq; ſollicitudinē; nimiaꝫ tribu
it vel occupationem frequent̄ re
trahuntur plurimi ab auditu l' fru
ctu verborum dei Vnde Prouerb ·
xxx · Mendicitatem et diuitias ne
dederis michi · Plures autem alij
ſunt q̄bꝫ etſi abſit ſollicitudo ad au
diendum deficit tamen vigor ad

id q̄d audiūt ope implendū₃. Qui
dā vero verbū dei cū magna deuoti
one audiūt: ſed dū ɔtrarie tēptati
ones inſurgūt. qꝛ ī virtute expulſi
ua ipaꝝ tēptationū deficiūt. temp
tationib⁹ deuicti michil ex auditis
ꝓficiūt. qꝛ ſc₃ venit dyabol⁹ et tol
lit verbū de cordib⁹ eoꝝ. vt dr̄ Lu
ce. viij. Itē cib⁹ ſpūalis doctrīe re
quirit q̄tuor virtutes q̄ ſunt ī hoīs
corpore. ſc₃ appetitiua retentiua. di
geſtiua. et expulſiua. Oportet em̄
vt cibū ſpūalis doctrīe aīa primo
appetat. ſicut appetebat Daniel q̄
ꝓpter appetitū ſcie dei vocatus eſt
vir deſiderioꝝ. Dan̄. xi. Et ſpōſa eti
am in. Cāt. hunc cibū ſpūalis do
ctrīe appetebat et expetebat dicēs
Sonet vox tua ī auribus meis ⁊c̄.
Vn̄ aīa que hūc cibum faſtidit ad
mortem tendit. Ps. Omnem eſcā
abhominata ē aīa eorū et ap. vſq₃
ad por. mortis. Aug⁹. Sicut noxiū
ē corpori corporeas eſcas nō poſſe
percipere. ita periculoſū eſt anime
ſpūales eſcas faſtidire. Itē₃ opor
tet ꝙ anima audita retineat. Na₃
ſicut non prodeſt corpori ꝙ ſtoma
chus cibum recipiat. ſi receptū ſta
tim euomat. Sen̄. Non prodeſt ci
bus nec₃ accedit corpi. qui ſtatim
ſūptus emittitur. Silr̄ nec verbu₃
auditum ꝓdeſt ſi ſtatim obliuioni
tradatur. Item oportet ꝙ mens
auditum et retentu₃ digerat et in
bonos humores. i. ī bonos mores cō
uertat. Item oportet ꝙ non ſolū
digerat ſed etiā expellat ſc₃ ea que
bonis moribus non congruunt re
ſpuat et abiciat. nam ſi intus reti
net q̄d expelli debuerat etia₃ bn̄ di
geſtis corruptionem preſtat. No
tandum aūt ꝙ ſecū dum quoſdam
ꝑdicte q̄tuor v̄tutes ex q̄tuor elem̄
tis ɔtrahūt ſibi vires. Vn̄ ignis q̄
eſt calidus et ſiccus correſpōdet v̄
tuti appetitiue. terra frigida et ſic
ca retentiue. aer calidus et humid⁹
digeſtiue. aqua frigida et humida
expulſiue. Oportet em̄ vt q̄d ig̃s
attraxit t̄ra ex ſua natura r̄tineat.
et q̄d t̄ra retinuit aer diſſoluat. et
q̄d aer diſſoluit aqua emolliat Ita
q₃ ſpūalit̄ ignis. i. itelligentie clari
tas appetitū excitat. Nā cū intelle
ctus ſublimit̄ et delectabilit̄ celeſti
a cogitat appetitū ſpūalē in mente
cauſat. et fit deſideriū in corde hoīs
vt auide q̄rat cibū ſcē exhortatiōis
Terra vero. i. ſtabilitas mētis cau
ſat retentionem. q̄a q̄d appetitus
per intellectum attraxit ſtabilitas
animi firmiter cuſtodit. ſed aer id
eſt puritas mentis cauſat digeſtio
onem. qꝛ q̄d aīmus firmiter cōſer
uat puritas mētis fidelīter ordīat
Sed aqua. i. diſcretionis mobilitas
facit expulſionem. qꝛ q̄d ſuis mori
bus non congruit diſcretio remo
uet ſepat et expellit. et ſic a tpam̄
to aīmus nō recedit. ſed tpamētū
ſeruās pcc̄i morbo nō ſuccūbit. Itē
cibus ſacramētalis de quo dn̄s dix
it. Jo. vi. Caro mea vere eſt cibus
⁊c̄. opat̄ ī aīa ad modu₃ cibi corpo
ralis Nā nutrit aīam gra₃ ꝯſtādo.
augmētat v̄tutes multiplicādo ca
lorē innatū. tpat ɔcupiſcentiā refre
nādo. in ſenibus vero calorem na
ture ɔfortat caritatē inflāmādo. dep
dita reſtaurat vires aīe reparando.
et cuſtodit hoīem ne peat a pccīs
ꝓſeruando. Jo. vi. Hic ē panis de
celo deſcendēs vt ſi q̄s māducauēit
ex ipo nō moriat̄. ¶ Caplm̄. xv.

Cogitationes aſſimilantur
capillis ꝓpter tria. Primo
quia capilli ſunt capitis or
namentum. Vnde capilli dicūt̄ q̄ſi
capitis pili. vt dicit Pſi. ſicut ego

capilli ⁊ ſpecialiter pulchri ſunt or
namentū capitis · ita cogitationes
precipue bone et ornate ſūt ornam
tū mentis Vnde · Gre · dicit ꝙ q̄ſi
capilli ī capite ſūt cogitationes in
mēte · Lu · xxi · Capillus de capite
veſtrō nō pibit · qꝛ nulla bō cogita
tio mētis ſine retributiōe trāſibit
Vñ Gre · xx · li · Moral · dicit ꝙ añ
dei oculos vacue nō tranſuolāt co
gitationes nrē ⁊ nulla momēta tē
poris per aīmū trāſeūt ſine ſtatu
retributiōnis · Scḋo qꝛ capilli ſunt
cerebri defenſiui Nā iuuāt caput ⁊
cerebrū ↄtra extrinſecas leſiōes ·
et ideo capilli ſūt multi et duri · Ca
pillus enim ſm Conſtan · ex fumo
groſſo et calido naſcitur ⁊ q̄ ex ig
neis et īcenſis humoribus per capi
tis poros egreditur · et ab aere ex
trinſico deſiccatur · et ſic ī ſbſtātiā
capilloꝝ ↄuertitur · vñ hoc humore
creſcente capilli creſcunt · eo etiaꝫ
deficiente euaneſcūt Et ſm q̄litatē
talis fumi q̄litas ē capilli · Et ideo
ſi fum⁹ ē multus capilli ſūt multi ·
ſi pauc⁹ pauci · ſi niger nigri et ſic
de alijs Sicut ergo capilli ſūt ad de
fenſionē cerebri · ita cogitationes
bone ſūt ad defēſionē aī · qꝛ dū fer
uent in ip̄o aīo cogitationes bone
nō ingrediūtur ī ipſū cogitatiōes
praue · Vñ · Jo · Caſſian⁹ coll · ij ·
Incipiam⁹ bonas cogitatiōes dili
gē · ⁊ ſtatim ab illis q̄ male ſūt dig
nabit̄ nos dñs liberare Quaſi aūt
fumi capillos nutrientes et cauſā
tes ſūt exterioꝝ ſēſuū receptiōes ·
qꝛ de hijs que ſenſibꝫ recipiuntur ī
teriores cogitatiōes formātur · vñ
ſcḋm modū fumi ē q̄litas capilli ·
Quia ſcḋm ordīationem vel deordi
nationē exteriorū ſēſuū ſequit̄ ordi
natio vel deordinatio cogitationū ·
ppt̄ qḋ dr̄ · Job · xxxi · Pepigi fed⁹
cū oculis meis vt ne cogitarē q̄de
de v̄gie · Tercio qꝛ capilli ſunt mł
tiplicitER paſſiui · Nā capilli īciduñ
tur · vnde ceſaries capilloꝝ a cedē
do ē dicta · q̄ ē ſoluꝫ virorum eo ꝙ
viro tōdi decēs eſt · ſ; mulieri ē inde
cens · Itē capilli diſcriminant̄ vñ
dicuntur crines mulierū qꝛ vittis
diſcriminantur · ſicut dicit · yſido ·
Item capilli decaluātur ſcꝫ deficiē
te hūorē pingui quo nutriunt̄ ca
pilli · Et ſi humor tał nō deficit · ſ; e
ū humor ali⁹ ificit ł impedit ñ calui
cies ſimplicit̄ dicit̄ · ſ; eſt q̄dā calui
cies ſpecialis q̄ allopicia vocatur a
medicis in qua nutrimēto corrup
to capilloꝝ ↄgeries euaneſcit · Itē
capilli dealbantur ſcꝫ cū caneſcunt
Hec oīa ↄueniūt cogitationibꝫ no
ſtris · q̄ aliquādo ſunt ſuperflue et
tūc ſunt p̄cidēde · Vñ · Greg̃ · li · v ·
Moral · Magno ſtudio ſup̄flue co
gitatiōes āputāde ſunt · ſ; tamē am
putari ſūdit⁹ nequaꝙ̄ poſſunt · ſē
per em̄ caro ſuperflua gñat q̄ ſp̄us
ſcūs ferro ſollicitudīs abſcīdat Ali
qñdo v̄o cogitatiōes nrē ſunt du
bie vel inordinate et tūc ſunt diſcri
minādē .i. diligēt̄ diſcernēde et ↄpo
nende · Et hoc fit qñ hō ad menteꝫ
ſuā per rationis ītuitū redit Quia
ſicut dicit · Gre · in Moral · Si a do
mo mentis ad momētū ratio diſce
dat · quaſi abſēte dña cogitationū
ſe clamor velut garrula ancillaruꝫ
turba multiplicat · vt aūt ratio ad
mentem redierit mox ↄfuſio tumł
tuoſa ↄq̄eſcit · et quaſi ācille ſe ad ī
iunctū op⁹ tacite rep̄mūt · dū cogi
tationes protinus curis propriis
ad vtilitatem ſubdūtur Aliquādo
ſunt omnino p̄ue et noxie · et tūc
ſunt penit⁹ decaluāde .i. totalit̄ et a
radice .i. a p̄ncipio euellēde · pſa · i ·
Auferte malū cogitationū vr̄aꝝ ⁊c̄

Vn̄ Iero9. in epl̄a ad demetadem
dicit. Eſt tutiſſimū atq3 perfectum
vt aſſueſcat animus ſollicitī ſemp
et puigili cura ac cuſtodia diſcer
nere cogitationes ſuas. ⁊ ad p̄mū
ai motū ꝓbaȓ vel improbaȓ q̄d co
gitat. vt vl̄ bonas cogitatiōes alat
vel ſtatim malas extinguat. Hic
namq3 fons eſt boni et origo peccā
di. ibi maxīe oportet obſeruaȓ pec
catum vbi naſci ſolꝫ ſtatimq3 ad p̄
mā tēptationis faciē ⁊ malū āteqū
creſcat reſtringere dū adhuc eſt in
cogitatiōe. Aliqñ vero ſunt nigre
et fede. et tunc ſunt per penitentiā
dealbande Ps̄. Lauabis me et ſup
niuē dealbabor. Nam penitentie ar
dor quaſi capitis capillos dealbat.
dum mentis cogitatiōes purificat
Vn̄ Gre. dicit. xiij. libro. Moral̄.
Nō electoꝝ mētes ſi quas in ſe car
nales cogitationes inueniūt. peni
tētie ardore ↄſumūt. nec cogitatio
nes ſuas dilatari carnali volupta
te pmittunt. ꝙ eo ſemetipſos iudi
cantes ſubtili9 feriunt. quo diſtri
ctū iudiceꝫ p̄ſtolantur viciniꝫ. Vl̄
etiam alia ratione dealbat peniten
tia caput mentis videlicet quia ar
dorem libidinis frigefacit. et ſic fu
moſas et noxias carnales cogitati
ones expellit. Naꝫ albedo caniciei
ſcd̄m Coſtā. accidit ex nimia īfrigi
datione nutrimētalis hūoris q̄ ma
teria capilloꝝ exiſtit. Nam fleuma
tis frigidi humidiq3 dn̄ū caniciei ē
generatiuū Ex fumo enim albo et
frigido efficiūt̄ albi tā capilli q̄ꝫ pili
Et hic ē etiā ſm̄ Ariſt. ꝙ capilli tē
porum citi9 caneſcunt q̄ꝫ alij ꝓpter
humoris paucitatē et oſſiū frigidi
tatē. Vn̄ penitentia humorem nut̄
mentalē infrigidari facit duꝫ minu
it. ⁊ ita caniciē mentis. i. honeſtatē
inducit. Poteſt etiam dici ꝙ cani

ties deſignat etatis maturatiōnē.
libidinis extinctionē. vitioꝝ pueri
liū mortificationē. vite p̄ſētis et fu
ture īſtātē inouationē. ¶ Ca. xvi.

Contemplatio aſſimilatur
ſompno. Primo quia ſōp
nus eſt aliū virtutum qui
etatiu9. ſcꝫ ſēſitiue et motiue Qui
eſcunt enim ſenſus in ſompno ab
exterioribus immutationibus ſen
ſibilium et corpus īmobilitatur.
Similiter contemplatiua vita req̄
rit quietem ab exterioribus moti
bus et actionibus. Vnde Beda in
quadam Omel̄ dicit. ꝙ ↄtemplati
ua vita eſt ab omni exteriori actio
ne quieſcere. et ſoli deſiderio ↄdito
ris inherere. Vn̄ Maria per quā ↄ
templatiua vita deſignatur deſcri
bitur q̄eta ſedens et a corporali mi
niſterio vacans. Luce. x. Secundo
quia ſompnus eſt naturaliū viriū
ↄfortatiuus. Vn̄ ſm̄ Phm̄ ſōpnus
eſt q̄es aīaliū v̄tutū cū intentione
naturaliū. Natuāl̄ em̄ virtus ī ſōp
no fortius opatur. Vn̄ in dormiēte
virtus digeſtiua itēdit̄ tū ꝓpt̄ r̄no
uationē caloris ad interiora. tū q̄a
aīa q̄eſcit ab actioīb9 ſenſitiue et
motiue potētie. et ideo vehemēti9
opat̄ virt9 natural̄ Sil̄r in ↄtēpla
tione cū aīa retrahitur ab exterio
rib9 occupationib9 vigor mētis ad
īteriora reducit̄ Vn̄ vis rōnal̄ q̄ ē
natuāl̄ et ꝓpria v̄t9 hoīs forti9 opat̄
et affectiua vehemēti9 īflāmat̄. et ī
tellectīa alti9 eleuat̄ ſm̄ illd̄ Tre.
iij. Sedebit ſolitarius et tacebit ⁊
leuabit ſe ſupra ſe Tercio qꝛ ſomp
nus ē ſpūs reſtauratiuus. Dicit e
nim Auicē. ꝙ ſompnus eſt redit9
ſpūs ab inſtrumentis ſēſuum cuꝫ
ꝓfūdatiōe vt digerat̄ nutēs vt pa
tꝫ ī ſōpno ſe exēcitātiū ī q̄b9 ſōpn9
ē pfūd9 ꝓpt̄ ſupfluitatē rſolutionis

ſpiritus Natura eniʒ deſiderãs ad
ditionẽ et reſtaurationẽ ĩ ſubſtãti
a ſpũs ꝓfundat ipſũ ĩ interiorib9
et facit ipſũ latere ab exteriorib9.
vñ fit in eis ꝓfũdior et longior ſõp
n9. ⁊ ſic dormiũt q̃ ꝑ mediciaʒ eua
cuati ſũt. Nã dũ purgãt̃ pluriuʒ
ĩ talib9 de ſbſtãtia ſpũs cũ ſupflui
tate diſſoluit̃. ſed ꝑ ſõpnũ ſpũs re
pant̃ et ſue v̾tuti reddunt̃ vt dicit
Auicē. Sic etiã feruor ſpũs q̃ ꝑ pec
cata etiã veĩalia facilit̃ ſepe minui
tur. per ꝓfũditatẽ ſõpni.i.per cõtẽ
plationẽ ĩtimã recreſcit et r̃patur
Quarto q2 ſõpnus ẽ etiã exteriorũ
pciũ corporis ĩfrigidatiu9. Nã ſcd̃ʒ
Phm̃ in.li.de ſõpno et vigilia. Ca
lor naturał alit̃ ſe h̃et ĩ vigilãte q̃
in dormiẽte. q2 in vigilãte ꝓcedit
ab interioribʒ ad exteriora. ß ĩ dor
miẽte ↄtrario retrahit̃ ab exterio
ribʒ ad interiora ſcʒ ad ſtomachũ ⁊
ptes illas. Et ideo exteriora corpis
r̃manẽt frigida. ⁊ ꝓpt̃ hoc ĩdigʒ hõ
magis coopiri dormiẽs q̃ vigilãs
Silr̃ ↄtẽplatio r̃uocat hoĩeʒ ad ſeip
ſũ et ĩflãmat ipʒ c̃ca cordis iteriora
.i.c̃ca ſpũalia ſ̃m illud In medita
tiõe mea exardeſcet ignis. ß frige
facit eũ circa exteriora.i.circa tpali
a vt nõ cu̾et de eis neqʒ diligat ea
Quĩto q2 ſõpn9 ẽ hũoꝝ r̃paratiu9
et clarificatiu9. Nã ſi ſõpn9 ſit mo
deꝛat9 cibʒ bñ digẽit̃ corp9 ĩpĩgua
t̃. calor natuãł augmẽtat̃. hũores
repant̃ et oẽs clarificãt̃. Sic etiaʒ
per ↄtemplationẽ ſobaʒ et diſcretã
q̃ nõ pl9 q̃rit ſapẽ q̃ oportʒ. cib9
fidei ⁊ ſpũał doctrine bñ intriſec9
gubernat̃ et opatur. mẽs deuotio
ne ĩpĩguat̃. calor et caritas aug
mẽtãtur. et hũores.i.affectiones ⁊
cogitationes interores r̃parãt̃ et
clarificatur. Vñ ipẽ ẽ ſõpn9 de q̃
Eccĩ.xxxi. Sõpn9 ſanitatis in hoĩe
ꝓco. Sexto q2 ſõpn9 ẽ v̾tutũ vniti
uus. q2 v̾tus in vigilia diſperſa ĩ
ſompno vnitur dũ ad intima reuo
catur ĩ corpore dormiẽtis vt Aui.
dicit. Sic anima ↄtẽplãtis tota ad
ſeipſã et ĩ ſeipſa r̃colligit̃ et vnit̃.
et ideo circa ſpũalia fortior repit̃.
Vnde dñs de ↄtẽplatiũa vita loquẽs
dixit Marthe. Lu.x. Porro vnuʒ
ẽ neceſſariũ ⁊c̃. Septimo q2 ſõpn9
ẽ egrotãtiũ alleuiatiu9. Nã ĩfirmo
ſi ſõpnus in q̃ntitate et q̃litate fue
rit tpatus egrotum alleuiat. et fu
turã victoriã ↄtra morbũ ãnũciat
Qui aũt fortit̃ tẽptatur q̃dãmõ in
firmatur. talis ſi vult alleuiãi ⁊ ſa
nari det ſe orationi et ↄtẽplationi.
q2 maxĩe pet hãc victoriam obtine
bit In huius figura de Lazaro ĩfir
mato diſcipuli dixerũt xp̃o Dñe ſi
dormit ſalu9 erit. Itẽ ↄtẽplatio aſ
ſilatur viſioni corpali. Nã vt colli
git̃ ex t̃cio libro Perſpectĩe ad vi
ſionẽ corpalẽ req̃rũt̃.viij. Primũ
ẽ ſanitas ſiue bona diſpoſitio orga
gani viſuał.i.oculoꝝ. Quaſi ãt du
o oculi aĩme ſunt intellc̃us et volũ
tas. Ocul9 igit̃ intellectus tũc eſt
ſanus quãdo ẽ ab erroribʒ mũd9.
ſed ocul9 affc̃us ſue volũtatis tũc ẽ
ĩcolumis. qñ ẽ a reꝝ tpaliũ ĩordia
tis cupiditatibus ĩmunis. vt dicit
Aug9 Vtraqʒ ergo puritas eſt ne
ceſſaria deũ ↄtẽplari volentib9. ꝓp
ter q̃d d̃r Mat̃.v. Beati mũdo cor
de q̃m ipĩ deũ videbũt Et q2 vtrũqʒ
oculũ fides purificat ſcʒ ĩtellc̃m ab
erroribʒ et affc̃m a cupiditatibʒ vñ
Act.xv. dixit petr9. fide purificãs
corda eorũ. ideo fides neceſſaria eſt
ad deũ ↄtẽplãdũ. ſic ocłoꝝ ſaĩtas ⁊
puritas ad videdũ. ꝓpt̃ q̃d Aug9.
dicit. q̃ hũane mẽtis acies ĩualida
ĩ tã excellẽti luce nõ figit̃ ñ pri9 ꝑ
iuſticiã fidei mũdet̃ Scd̃ʒ ẽ oppoſitio

viſibilis circa viſū Sed nota ꝙ qñ
res viſa directe opponit̄ viſui tūc
ſpecies illius rei venit ſuper lineas
rectas cadētes in centrū oculi · q̄ li
nee omnes directe a ſingul̄ ptib9
rei faciūt vnā piramidē cui9 conus
eſt ī pupilla et baſis in re viſa · ex
quo patet ꝙ talis piramis ex pte
rei ī ſe habz latitudinē · ex pte vero
oculi acutitudinē · Sic etiā qñ diuina
et eťna ante oculos mentis ꝯtēplā
do deducim9 · qꝛ ea ꝓut ſunt in ſe
ipſis capere neq̄mus · ſed de eoruz
magnitudie modicū q̄d attingim9
q̄ſi eoruz latitudo in oculis noſtris
quodāmō coartatur · qꝛ quāꝙ̄ ī ſe
maxia ſint nos tñ parū capimus ·
Vñ dictum ē Moyſi Exod · xxxiij ·
Poſteriora mea videb̄ · faciē autez
meam vidē nō poteris · In viſiōe
em̄ faciei noticia ē perfecta · in viſi
one vero poſteriorꝝ noticia accipit̄
modica et ꝯfuſa · Itē videm9 coit̄
ꝙ tria geneā viſibiliuz viſui oppo
nunt̄ · ſcz luīa · et ſpecula · et corpo
ra colorata · Luīa igitur ſunt ſpiri
tales natuē · ſpecula diūe ſcptuē ·
corpa colorata corpales creature ·
Et circa hec v̄ſatur ſanctorꝝ ꝯtēpla
tio ſcz vl̄ circa ſpūales naturas · vl̄
circa diūas ſcpturas · vl̄ circa corpo
rales et viſibiles creaturas · ꝓptea
qꝛ inuiſibilia dei a creatura mundi
per ea q̄ facta ſūt intellcā ꝯſpiciūt̄
Ro · i · Terciū eſt diſtantia ꝓporcio
nalis · Nā ſi res poneretur ſup ocu
lū nō videretur · Et ſi nimis eſſet a
lōge nullomō videretur ꝗ̄ male · O
portet igit̄ ꝙ a viſu diſtet ſcd̄m ali
quā ꝓporcionē · intra quā nō equali
ter ſ magis et min9 videt̄ ſcd̄m mo
dū diſtātie · Sūt āt reb9 diuinis quo
rūdā oculi ꝓpinq̄ et vicini ſcz btōrꝝ
Et ideo iſti clare et apte illa ꝯſpici
unt · quorūdā v̄o valde ṙmoti ſicut

oculi dāpnatorꝝ · In cui9 ſignū dr̄
Lu · xvi · de diuite dāpnato · eleuās
oculos ſcz mētis cū eēt in tormētis
vidit Abrahā a lōge et Lazaruz ī ſi
nu ei9 · Vñ tales de gloria dei et be
atorꝝ quaſi nichil vel parū videt̄ ·
qꝛ dāpnati gloriā btōrꝝ vſq̧ ad diē
iudicij videt̄ nō diſtincte ſ ꝯfuſe ·
ſicut illud q̄d a ṙmotis videtur · Nō
em̄ cognoſcūt q̄lis eorꝝ gloria ſit · ſ
ſolū cognoſcūt eos eē ī gloria q̄dā
inextimabili · et ex hoc torquēt̄ · tū
ꝓpt īuidiā · tū qꝛ ipſi talez gloriam
amiſerīt · ſ poſt diē iudicij oīo bea
torꝝ viſiōe ꝑuabūt̄ · ſcd̄m illud Tolla
tur impius ne videat gloriā Quorū
dā v̄o oculi vt viatorꝝ ptī ſūt diſtā
tes · ptim appropiquātes · qꝛ licet
diſtāt p naturā appropiquāt tamē
p grāz · Et ideo ipſi diūa magis vl̄
min9 ꝯtēplādo ꝑcipiūt · ſcd̄m q̄d per
grāz magis vel min9 eleuāt̄ · ſcd̄m il
lud · Pſa · lij · Ecce intelliget ſeru9
me9 exaltabit̄ ꝛ eleuabit̄ · ꝛ ſblimis
erit valde. Oportz ḗgo vt patet ex
dcīs ꝙ ei9 q̄d videt̄ ab oculo ſit ſit9
ṫminat9 ſcz ñ nimis a baſe viſuali
elōgat9 · qꝛ illd̄ q̄d multū a baſe vi
ſuali elōgat̄ licz viſui opponat̄ ñ tñ
diſticte videt̄ · ſic āt viſus corpoīal̄
ñ bñ vidz illd̄ q̄d ē ml̄tū elōgatū a
baſe viſuali. ſic intellc̄us noſter in
hac vita īꝑfecte cognoſcit et ꝯtē
plat̄ id q̄d multū elōgatū ē a natuā
ſēſibili · eo ꝙ nichil ſine fātaſmate
intelligit aīa · vt dicit Phūs Fātaſ
ma āt ē ſilitudo rei ſēſibil̄ · vñ ea q̄
ſūt oīo a ſēſu ṙmota ſic ſunt res in
tellectuales a nob̄ cognoſci nō poſ
ſūt ñ īq̄tū ſe nob̄ p aliquos effc̄us
ſēſibiles maīfeſtāt · et ideo ꝯtēpla
tio nrā ċca talia modica ē ſ tñ dele
ctabiliſſia Vñ Phūs dicit ī · i · li · de
ptib9 alīu · accidit ċca illas honoābi
les exiſtētes et diūas ſbās minoēs

noꝬ exiſterē theorias· Et ſi ſcd̄ʒ mo
dicum attingam⁹ tamen ꝓpter hō
norabilitateʒ cognoſcendi delecta
bilius aliq̄d habent q̄ꝫ que apud
nos omnia· Quartū eſt ſoliditas
rei· qꝛ ſi res non eſt dēſa ſed viſui
ꝑuia nō videtur· ꝓpt̄ quā cauſam
aerē nō videmus· Sic ꝯtemplatio
noſtra non debet eē circa ꝑuia id
ē circa tranſitoria et tpalia· ſed cir
ca ſolida et ſtabilia et etna· Apoſ·
ij Cori· iiij· Nō ꝯtemplātibus nobꝭ
que videnť ſed q̄ nō videnť· Que
em̄ videnť tpalia ſūt· q̄ vero nō vi
dentur eterna ſūt Quītū ē magni
tudo debita rei viſe· qꝛ ſi nimis eēt
ꝑua non videretur i quacūqꝫ diſtā
tia Viſus em̄ nō pficiť n̄ p pirami
dē ad ōculū vemētē q̄ ſi fuēit valde
ꝑua occupabit ptē viſ⁹ valde par
uā· ꝫ viſus n̄ ſētit viſibile n̄ qn̄do
ps ſūe ſupficiei debita qn̄titate viſi
bil̄ fuerit imutata Spūalit̄ āt bea
tus Aug⁹· diſtinguit tria genera
bonoꝝ ſcʒ minima ꝓut ſūt bō fortu
ne· media ꝓut ſunt bō nature· et
maxia ꝓut ſunt bō grē vel glorie·
Non ergo noſtra ꝯtēplatio eē dēt
ċca bō minima· ymmo ea p affcm̄
ꝓpter ſui modicitatē reſpicere nō
debemus· ſed debet eſſe circa maxi
ma ſcʒ bona grē vel glorie· Sextū
eſt raritas medij· qꝛ ſi mediū fuēit
nimis denſum nō fiet per ipſuʒ mľ
tiplicatio ſpeciei· ⁊ ſpecies venire
non poterit ad pupillā· hoc medi
um in ꝯtemplatiuis viris ē ſenſus
ſiue corp⁹ ſine q̄ neqꝫ ꝯſiſtē neqꝫ ꝯ
templari poſſunt· q̄d ſi fuēit dēſū
.i. groſſū et plenum et delitijs enu
tritum ꝯtemplatioēm ſpūs īpedit
Naʒ venter pinguis non gignit ſē
ſum tenuem ſicut· Jeo· dicit Sed
ſi fuerit per abſtinentiaʒ tenue ſpi
ritum aptiorem ad ꝯtemplandum

efficiet· Gre· Nazazen⁹· Caro ſe ve
lut groſſa quedaʒ et obſcurior nu
bes aīe obiciēs ꝯſideraē eā diui lu
minis radios nō ſinit· Septimū ē
lux qꝛ ſpēs nō imutat mediū ľ vi
ſum niſi cū luce· Silr̄ ad ꝯtēplādū
diuina neceſſaria ē lux fidei ľ grē vel
ſcptūre ſacre. Ps· Accedite ad de
um et illuminamini ⁊c̄· Octauū ē
tpus· qꝛ viſio fit i tpe ſicut ꝓbat̄ i
Perſpectiua· Nā q̄uis viſibile ſbi
to obiciať viſui nō tamē diſtincte
apprehenditur· niſi aliq̄ aīe hita de
liberatione q̄ indigʒ tpe· Et ideo
attētio aīe eſt neceſſaria cū p̄dictis
Sic etiā ꝯtēplatio requirit ſua tem
pora· Nam quedam tempora apti
ora ſunt ꝯtemplationi diuinorum
vt tpa magis quieta vľ q̄bʒ hō ma
gis eſt ſobrius· Vnde· Ps· Mane
aſtabo tibi et videbo ⁊c̄ Et iteꝝ In
matutinis dn̄e meditabor i te· Et
etiā tpa q̄bʒ hō n̄ hēt occupari circa
exteriora· Ps· Media nocte ſurge
bā ad ꝯfitēdū tibi ⁊c̄ Ociū em̄ ſcm̄
q̄rit caritas veritatis vt Aug⁹· di
cit· xix· li· de citate dei· Itē dulce
do ꝯtēplatiōis aſſilať ſāguini Pri
mo ratioē principij fontalis· qꝛ ſā
guis ſcd̄m Ariſt· ſedē hēt in corde·
qꝛ dicit q̄ꝫ cor ē pricipiū ſāguinis ſi
cut et venaꝝ vt maīfeſtū eſſe dicit
p anathomiam· Sed ſcd̄m Galie·
ſedes ſāguinis ē in epate ſicut i ſuo
fōte· qꝛ in calore epatis eſt locus ſe
cūde decoctionis· et ide ſāguis per
mēbra dirigiť· vt eoꝝ calore t̄cio
decoquať· Prima em̄ decoctio fit
in ſtomacho· ſcd̄a i epate· t̄cia i oī
bus mēbris· Poſſet āt dici vtraqꝫ
opinionē ꝯcordādo q̄ꝫ epar ē prin
cipium ſāguinis quo ad materiā·
qꝛ mateia ſāguis ē ab epate· ꝫ cor
ꝯtū ad formā qꝛ i corde illa mateia
accipit formā ſāguis· Moralit̄ aūt

ꝑ calorem ſiue epatis ſiue cordis
ardorem accipimus amoris. Ex ar
dore namqꝫ dilectionis q̃ſi ex calo
lore epatis ł cordis ꝓfluit dulcedo
et ſuauitas ſpūalit̃ ꝯtemplantis.
Ps̃. Guſtate ſcꝫ ꝑ amorem et vide
te ſcꝫ ꝑ ꝯtemplationē q̄m ſuauis ē
dn̄s. Scd̄o ratione q̃litatis natura
lis. Eſt enim ſanguis calide et hu
mide nature. calor ex amore. hūor
ex timore debet ꝓuenire. que duo
creſcere et delectari reuerent̃ et ſo
brie faciūt ꝯtēplantē. Vn̄. Ps̃. ex
perſona xp̄i dicit patri. Qui timēt
te. ſcꝫ timore filiali q̄ eſt ex r̃ueren
tia et amore. videbūt me ſcꝫ in con
tēplatiōe et letabūt̃ int̃na delecta
tione.

Capl'm. xvii.

Conuerſi nouiter ad deuꝫ.
oportet vt gubernētur et
foueantur ad modū infan
tis nouiter nati Infans em̄ nouit̃
natus diligēt̃ gubernādus eſt. q̃a
cū caro eiꝰ ſit fluida et tenella ſūt
ei adhibēda remedia et fomēta. et
ſicut docet Conſtā. plura fomēta
ſūt ei adhibēda. Primū eſt vt ī ro
ſis cū ſale tritis inuoluatur vt mē
bra fluida ꝯfortent̃. ⁊ a viſcoſa hu
miditate purgēt̃. Quaſi autē roſe
redolētēs ſūt ſcōꝝ viroꝝ exempla
⁊ v̓tutes. q̃bus infans inuoluitur
quādo nouiter ꝯuerſus ad imitan
dū ꝓuocatur. ſed debēt ei cuꝫ ſale
teri .i. cū diſcretione exponi et ſua
deri. Nō em̄ adhuc debili debēt per
ſuadēi exēpla nimis auſteā ne for
te deſperꝫ. vel ne forte aſſumat ſu
p̃a poſſe ſuū. Vn̄ dn̄t ꝓponi exem
pla ꝯpetētia ſibi q̃bꝫ ad ꝓficienduꝫ
ꝯfortet̃. et a pcc̄i viſco .i. ꝯſuetudi
ne ſeu infectiōe purget̃ et libēt̃ .i.
Pet. ii. Quaſi modo geniti infan
tes lac ꝯcupiſcite .i. facilīu exēploꝝ

informationē ſiue imitationē. ⁊ ſē
q̄t. rationabiles ſine dolo vt ī eo
creſcatis ⁊c̄. Scd̄m eſt vt palatum
et gingiue cuꝫ digito melle vncto
fricentur. vt interiora oris mūdifi
centur et ꝯfortentur. et dulcedine
mellis appetitus infantulo ꝓuoce
tur. Tūc aūt penitens digito frica
tur. q̄n leue opus ſiue onꝰ et non
graue et īportabile ſibi īponitur.
Vn̄ ꝯtra nimis auſteros ſac̄dotes
dn̄s dixit Alligant onera grauia ⁊
īportabilia et īponūt ī humeris ho
minū. digito aūt ſuo nolūt ea mo
uere. Sꝫ adhuc oportet ꝙ digitus
melle vngat̃. ita ꝙ etiā cum q̃dam
dulcedīe p̄mīa iniungatur. q̄ꝛ tunc
penitēs libētiꝰ recipit et magis cō
fortatur et ꝓuocatur appetitus eiꝰ
ad faciendum. et quanto libentiꝰ
facit tanto plus ei valet ad interi
orem purgationem. Tercium eſt
vt ſepe balneetur. et oleo mirtino
aut roſaceo inungatur et omnia
eius membra fricent̃. Per frequē
tem autem balneationeꝫ accipe fre
quentem lacrimarum ꝯpunctionē
Ps̃. Lauabo per ſingulas noctes le
ctum meū et lacrimis meis ſtratuꝫ
meū rigabo. Per oleū mirtinū ītel
lige doctrinā t̃pantie. Et ꝑ oleum
roſaceum doctrinaꝫ patientie. q̃a
mirtus temperatiaꝫ. roſa vero pa
tientiā ſignificare ꝯſu euit. Et iſto
duplici oleo dēt penitens p̄cipue li
niri .i. ad patiētiā et t̃pantiā p̄cipue
moueri ſcꝫ ad patiētiā aduerſorū.
et ad t̃pantiā delectabiliuꝫ. que tē
p̄ātia debet eſſe in omnibꝫ mēbꝛ̃s
Quartū ē vt ī loco obſcuro ſōpnꝰ
ꝓuocet̃. vt lumen in ocul' eiꝰ ꝯgre
get̃. et neqꝫ nimio lum̄ne oculi tenel
li ledant̃. vt nō luſci efficiant̃. Sic
nouit̃ ꝯuerſi potius in quadam ob
ſcuritate ſiue ſimplicitate fidei ſunt

tenendi vel pmittendi quieſcere· q̄ eis ſubtiliora et altiora ſint ꝓpo nenda et dilucidanda · qꝛ talia q̄n tūcūqꝫ per v̄ba declarata debiles oculos mentis eoꝝ potius lederēt q̄ illuīnarent· Vn̄ talib9 Apl'9 di cebat· Heb·v· Facti eſtis q̄b9 lacte op9 ſit non ſolido cibo .i. facili fidei doctrina nō ſb'limi et difficili· Ꝗn tū ē vt ſuper oīa caueat̄ ne corrup to lacte nutriantur· quia ex hoc in firmitates peſſime gn̄at̄ ī puulis· nec ē dāda medicina puul' dū egro tāt· ſed nutrix ɔuemēti medicina dietanda ē vt defectū infantis ſup pleat virtus nutricis· ſicut Cōſtā· dicit· Ex bona enim diſpoſitione la ctis fit bona ɔ ſiſtentia prolis· Sil'r ergo cauendum ē vt nouiter ad fi dem vl' penitētiā ɔuerſi non nutri ant̄ doctrina praua vl' heretica· qꝛ ex hac generaēnt̄ ī eis peſſime opi niones et diſpoſitiones· Vn̄ regu la vl' medicina eis neceſſaria tradē da ē de ſcōꝝ viroꝝ īſtructioībꝫ et exēplis· qꝛ ex illoꝝ īformatiōe bō vel mala pēdet nouicioꝝ vita et fōr· propt' q8 dicebat q̄buſdaꝫ doctor gentium et mgr̄· Ap9· Phil'· iii· Obſeruate eos q̄ ita ābulāt ſic ha betis formā nrām· Sextū ē q͏ infā tuli faſcijs ſunt ligādi· eo ſcꝫ qꝛ mē bra infātilia ſunt tenella et ad diū ſaꝝ ſuſceptionē formaꝝ ſunt diſpo ſita et ideo faſcijs ſunt ligāda ne fi ant deformia ſiue torta· Sic qꝛ no uit ɔuerſi et p̄cipue iuuenes ſunt faciles ad ſuſcipiendū oēm īforma tionē ſibi datam· ideo ſunt ſub cer tis legib9 et regulis limitandi et certis et diſcretis perſonis ɔmēdā di· ne ex alicui9 malis exempl' vl' verb' deformēt· Septimū ē q͏ qꝛ in fātuli mltū capiunt nutmēti· indi gēt mlto ſōpno· vt ſic calor ad in teriora reuocetur· et digeſtio cele bretur· Valet etiā eis ad hoc ſi mi tius moueant̄ et ſic ex motu calor interior ɔfortet̄· et vt ſōpn9 p ſu moſitatū reſolutionē cerebro ꝓuo cetur· Valꝫ etiā eis ad hoc ſi cante tur vt īfātuli ſēſus ex vocū dulcedi ne delectēt̄· Sil'r qꝛ ɔuerſi nouiter et p̄cipue iuuenes ſūt multū auidi et apti cape nutrimētuꝫ doctrine ſp̄ualis indigēt ſōpno .i. vacatiōe ɑ q̄ete ɔtēplationis et meditatiōe vt calor diuini amoris in eis accen dat̄· ita vt doctrina qua informā tur eis magis placeat et ꝓficiat· debent etiam moueri in curis id ē facilibus obediētie operibus occu pari ne ocioſi ſint· quia ex talibus operib9 calor amoris et ſōpnus id eſt quies ɔtemplationis in eis accē ditur et appetitur· Valet etiaꝫ eis vt cantus diuine laudis audiant ſi ſūt layci· l' dicāt ſi ſūt clerici Vn̄ legit̄ de btō· Aug9· q͏ tpe ɔūſiōis ſue flebat vberrie atqꝫ creberrie ſuaue ſonātis eccie vocibus vehē ter affectus· Voces enim ille influ ebant auribus eius et eliquebatuꝛ veritas in cor eius et fluebāt lacri me et bene illi erat cū eis·

## ¶ Caplm· xviii·

Corporꝫ hūanorum conditi onē· ptes capitis q̄ dicun tur tpa repſētāt q̄ ad q̄tu or· Primo qꝛ ille due ptes capitis q̄ tpa dicūt̄ ſūt mēbra valde mobi lia· Et ideo vt dicit· Yſi· tpa dicta ſūt qꝛ ſui mobilitate ɔtinua q̄ſi inter uallis tpm īmutant̄· Sic etiā hūa na corpa ſm decurſū tpm iugit̄ im mutant̄ ɑ alterent̄· vn̄ de hoīe quo ad corp9 dr̄ Iob· xiiii· Nūqꝫ ī eode ſtatu pmanet Apparet etiā ex hoc dicto Yſidori· q͏ iſte due ptes ca pitis denoīat̄ a tpibꝫ ɑ ideo n̄ ɔūt

wcati timpa vt quidaʒ pdeote ꝓſu
tunt ſed tpa · ⁊ hoc etiā dicunt Hu
g̃ · et Brito · Scđo tpa ſunt valde
vtilia · Nā per tpa mediātibus ner
uis ad inſtrumēta ſenſuuʒ ſpūs de
fertur · et p eadeʒ ſpūs vitalis per
quaſdā arterias a corde ad cerebrū
demandatur · Sicut ergo tpa debui
unt ſenſui et vite · ſic corpus datū
eſt homini vt ſpiritui obſequať · vt
in ſenſu . i . in cognitione perficiať ·
et vt vitam eternā etiam mereať
Vn̄ · Apoꝰ · Ro · xij · Obſecro vos p
miſericordiaʒ dei vt exhibeatis cor
pa vrā hoſtiā viuētē ſcāʒ deo plac̄ ·
Tercio ꝗꝛ tpa ſūt valde paſſibilia
⁊ ad leſionē facilia · Nā ꝓpť neruo
rū ſēſibiliū et arteriaꝝ venaꝝqꝫ pl̄
ſatiliū i loco tpū colligātiam · tpa
ſūt valde paſſibilia et ad leſionē fa
cilia · Vn̄ aīal ibi pcuſſum de facili
moritur · ſicut dicit Phūs · xix · li de
aīalibus · et hoc etiā accidit ꝗꝛ hu
mor q̄ eſt in tpibus cito egreditur
ꝓpť oſſiū tenuitatē · ꝓpť qđ tēpa
cito caneſcunt ꝓpť hūoris paucita
tē et ſiccitatē in eis dn̄antē · et ꝓpť
eoꝝ ꝯuertibilitatē ad naturā frigi
ditatis · Sic etiā naturaliť corpus
hūanuʒ inter omnia corpa ē valde
paſſibile et ex leui percuſſioē inter
dum ducit̄ citiuſad mortē · ꝯtinue
etiā calore ⁊ hūore i eo deficiēte ad
ſeniū et canicīē tēdit · Apoꝰ . i . Cori ·
xv · Cotidie morior . et ad mortē tē
ditur ſeneſcēdo · Nā qđ antiquať ⁊
ſeneſcit ꝓpe interitū ē · Heb · viij ·
Quarto ꝗꝛ tpa ſūt valde humecta
bilia · ſūt etiā interiꝰ aliquātulum
villoſa · vt humorē a cerebro veniē
tem recipiant · et ſompnum ocul̄
inducant · ⁊ ſi illi villi fuerint com
preſſi per liquationem compreſſi
humoris oculos lacrimari faciunt
Similiter quoqꝫ corpus noſtruʒ hu
morem cibalem cotidie ꝛ̃cipit quī
concupiſcentiam frequenter in ce
dit et ſompnuʒ peccati inducit · Eſt
inſuper corpus frequentius ex ſua
paſſibilitate et grauitate cauſa la
crimationis et luctus Vn̄ Apꝰ · Ro
viij · Ipſi inter nos gemimus expe
ctantes redēptionē corporis noſtri
Item qualiť corpus debeat a ſpū
gubernari ipſa natura carnis oſtē
dit · Primo ratione nobilitatis · Nā
caro humana ē priuilegiata eo ꝙ
ſit nobiliſſime forme vnita · ſcʒ aīe
rationali que eſt dei ymagine īſig
nita · imo qđ ſuper omnia mirabiliſ
ſimum ē caro hūana dei caro eſt fa
cta et verbo dei vnita · ꝓpter qđ eſt
ſuper ōīa exaltata · ex quo dedig
ri debet homo carnem ſic nobilita
tam et exaltatam alicui vilitati ſeu
feditati exponere Vnde Leo papa
dicit · Agnoſce o xpiane dignitatē
tuam et diuine ꝯſors factus natuꝛ̃
noli degeneri ꝯuerſatione tua in p̄
ſtinam vilitatem redire · Scđo ra
tione vtilitatis · ꝗꝛ ſm̄ · Coſtā · caro
cū ſit calida et huīda ē caloris natu
ral̄ fomētū · oſſiū neruoꝝ et lacerto
rū coopimētū et frigiditatis tpam
tū · Et ad hec oīa valet corpꝰ a ſpū
regulatū · ꝗꝛ ē amoris ſpūalis nutri
mētū · Eccl̄i · xxxviij · Feruor ignis
. i . feruor diui amoris vrit carnes e
ius · Item ē ꝯſtitutū et graꝝ ſpūaliū
abſcōſiuū · Naʒ groſſicies et ifirmi
tas corpis abſcōdit dona mētis et
abſcondēdo per huilitatē cuſtodit
Apoꝰ · ij · Cori · iiij · Habemꝰ tħx ſau
rū iſtū in vaſis fictilibꝰ . i . in fragili
bꝰ corpibꝰ · Intēdū etiā dū corpꝰ at
tēriť frigꝰ mētis . i . pigricia expellit Ps
Multiplicate ſūt ifirmitates eoꝝ po
ſtea accelerauerūt Tercio rōe varieta
tis · ē enī tplex carō ſiue tplex ſpēs
carnis Vna ꝯuis ꝗ muſcul̄ admixta

vt lacertus. Alia inter durum et molle tpata vt caro cartilagiosa. tercia inter hec media vt caro coi ter dicta In quo significatur qꝫ ip ſum corpus noſtrum aliquando ē cū duricia et rigiditate domandū qd ſigt caro neruis admixta Aliqñ cum mollicie et leitate fouenda qd ſigt caro coiter dicta Semper aūt eſt cum temperantia nutrienda et regēda qd ſigt caro cartilaginoſa Apoſ. Ro. xij. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem. hoſtiam vitia mortificando. ſ viuentē na turā conſeruando. et hec duo tēpe rantia facit qꝛ naturā ɔſuat et viti a reſecat. Quarto ratione qñtita tis. Dicit enim Ariſto. xij. libro de aīalibꝰ. qꝫ aues paucas carnes ha bentes veloces ſunt vigoroſe et bo ni volatus. Sed aues multas car nes habētes ſūt pigre et vix a ter ra valēt ſe erigere. Sic homines q a carnalibus delitijs et delectatiōi bus abſtinent ſunt circa ſpirituali a vigoroſi. et ad aſcenſum per vo latum ɔtemplationis ydonei. Sed ho mines carnoſi. i. carni vel ventri dediti ɔtrario ſunt ad ſpūalia pi gri. et a terrenis affectibꝫ nequnt ſeparari. Vnde Phūs dicit. xij. libro de aīalibus. qꝫ caro nimis habun dans impedit ſpiritus operationes Et ideo creatio capitis ex mlta car ne non fuit vt eſſet homo ſēſus me lioris et intellectus perfectioris. Di cit etiam i libro pmo. quādo locꝰ qui eſt circa oculos ē multē carnis malitiam ſigt diſpoſitionis et pra ue formationis et defectum forma tiue virtutis. Vnde ex multa car ne et debili virtute non valente il lam regere monſtruoſe generanē i corpore paſſiones. ſic ipſe Phūs dicit libro. xvi. que omnia oſtēdūt qꝫ tpantia neceſſaria eſt ad ſanita tem mentis et ad valitudinem cor poris. Vnde de ſobrietate que eſt tēperātie pars ſcꝫ quo ad potū. di citur. Ecci. xxxi. qꝫ ſanitas eſt aīe et corpis potꝰ ſobriꝰ ¶ Capłm. xix

Cura paſtoralis aſſimilat māmille. Primo qꝛ māmil la in muliere eſt membrū duplicatum. qꝛ duo ſunt precipu e paſtori neceſſaria ſcꝫ vita et doc trina. vt ſcꝫ ad nutrimentum ſbdi torum ex altero fluat lac exempli. ex altero vero vbi. i. Thi. iiij. Exē plum eſto fidelium in verbo in con uerſatione ꝛc. Vel duo vbera ſunt due virtutes neceſſarie rectori ſcꝫ iuſticia et clementia. Prou. x. Mi ſericordia et veritas cuſtodiunt re gem et roboratur clementia tronꝰ eius. Grego. Ineſſe rectoribus de bet et iuſte patiens miſericordia a pie ſeuiens diſciplina. dicit tamen Phūs. vi. libro de animalibus. qꝫ aīalia multoꝝ vberum multorum ſunt filiorum. et habent vbera a pꝫ te inferiori diffuſa vt patet in cam cula et porca. Et cum peperit porca dat pmo filio pmam mamillam. a ſcdo ſecundam et ſic de alijs. Alia autem pauca vbera habentia pau cos habent filios Vnde videtur qꝫ natura non errante non debet ali qd aīal plurēs filios generaē qꝫ ha beat mamillas in corpore. alias eſ ſet inuenire diminutum et ſuperflu um in natuā qd pro inuenienti ha bet Phūs. Sicut ergo aīmalia mlt torum filiorum multorum qꝫ ſunt vberuꝫ. et ɔuerſo que paucoꝝ ſunt vbeꝝ paucorum ſunt filiorum Sic paſtores quanto plures hnt ſpirituales filios paſcere et nutri re. tanto pluribus eos vberibus .i. virtutibꝫ oportet habundaē qbꝫ

bonorum operum prebeat alimen
ta.i.exempla vel iuuamēta· Et ideo
ſicut dicit Gre·i· Paſtor· Virtuti
bus vacuus ad regimen nec coac
tus accedat ·Scđo q mamilla ē mē
brū ad nutrimētū fetus neceſſariū
Sic paſtoralis cura ē neceſſaria vt
ſubditi velut filij nutriant et paſcā
tur vbo et exēplo et etiā tpali ſbſi
dio.i.Petri·v· Paſcite q̄ in vob ē
gregē dei ꝛc.· Tre·iiij·Lamie nu
dauerūt mamas et lactauerūt catu
los ſuos· Nam lamie mamas denu
dant· qn̄ paſtorū mētes internas
ſuas vtutes ad ſbditorū ꝓfectū ope
ribꝫ demōſtrāt videlicꝫ ſapiētiā do
cendo·pietatē ſbueniēdo et ſic de a
lijs· Tercio q mamilla ē mēbrum
lactis adminiſtratiū ·Lac aūt vt di
cit Ariſt· ē ſāguis decoctꝰ digeſtꝰ
nō corruptꝰ· Nā ſāguis mēſtrualꝭ
ad mamillas ope nature repellit·
et ibi decoqꝫ et digerit Sūt enī mā
mille i pectore ſituate vt cordi eſſēt
vicine·vt ꝓpt caloris cordis decoc
tio ēz ſāguis i lactis naturā faciliꝰ
vteret· Digeſtꝰ aūt ſāguis ex albe
die glādularū mamillarū in cādoris
ſpēz trāſformat vt dicit Coſtā· Ca
ro enī mamille cauernoſa et poro
ſa ē vt ſpōgia· et glādulosa et mol
lis et alba· et ideo ad generatioēꝫ
lactis ē apta· Lac aūt bene digeſtū
ē dulce qđ neceſſariū ē ꝓpt cibatio
nē aīalis· eo q cibꝰ oīm aīaliuꝫ
nō ē niſi dulcis et valde digeſtꝰ vt
dicit Coſtā· Ex qbꝰ oībꝫ colligitur
q mēbrum mamille ē ſāguinis de
puratiuū·digeſtiuū·dulcoratiuū·
et iſpiſſatiuū· Prelatus igitur ad
moduꝫ mammille hēt prebē ſāgui
nem.i.doctrinam ſapidam et vita
lem· quaꝫ tn̄ pmo debet depurare
legēdo· digerē meditādo·dulcoā
re diſponēdo· inſpiſſare ſiue igroſ
ſare ꝓferendo·ita vt faciliter et a
uide ab auditoribꝫ capiatur Quar
to q mamilla eſt mēbrū cordis et
pectoris defenſiuū· Nā mamille ſua
carnoſitate pectꝰ cooperiunt et fri
giditatē eiꝰ oſſeā tēperantes a fri
giditate aeris ꝓtegūt et defēdūt
Sic cura paſtoralis non debet tan
tum intēdere ſbditis qui pectꝰ ſiue
cor ſuum cuſtodiat ſiue defendat a
vitijs Vnde ſicut mamille pmo pec
tus armant· deinde aūt lac ꝓpinant·
ita paſtores pmo debent intendē
ſibi· deinde gregi ꝓuidere· Act·iiij
Attendite vobis et gregi vniuerſo
Quinto quia membrum mamille
eſt concepti fetus indicatiuum Nā
ſicut dicit Phūs in·vi·libro de aī
malibꝫ· Si impregnatio fuerit ma
ſculi apparet dextra mamilla maior
ſiniſtra· Si vō femīa fuerit ē ſiniſtra
maior· Et hoc ſignum apparet quā
do pmo fetus icipit ſe mouere Sic
in correctiōe plati mamilla dextra
ē rigor diſciplie·ſed ſiniſtra dulcor
miſericordie Si ergo dulcor miſeri
cordie excedat rigorē diſcipline fa
cit filios femineos.i.ſubditos diſſolu
tos·ſed ſi magis vigeat rigor diſci
pline facit maſculinos.i.viriles et
vtuoſos·quādoqꝫ aūt ex nimia mol
licie pſidentis vita omnino corrūpit
et perit delinquētis· et ēcontra qnqꝫ
ex rigiditate ſiue duritia conſeruat·
Et ideo dr ſuper Amphor·q qn̄ mu
lieres pitiure ſūt abortiuū mammille
molleſcunt Cuiꝰ ratio ē ſcđm Gali·
q gracilitas mamille paucitatē lac
tis ſignat Vn̄ cū fetꝰ debitū nutrimētū
n̄ habeat neceſſe ē vt abortiat· Si ve
ro fuerit vbera dura ſanū eē fetuꝫ
deſignāt· vn̄ docet Pſi· Qui blādo v
bo caſtigatꝰ n̄ corrigit acꝰ neceſſe ē
vt arguat· Cū dolore ſūt abſcidēda
q leuit ſanari n̄ poſſūt ¶ Capl'm·xx

C Vrioſitas mētis aſſilatur
dolori verticis · Primo rati
one diuiſionis · qꝛ dolor v̄
ticis hoc modo fieri ſolet vt videa
tur caput in plures ptes diuidi ·
In plures ergo partes caput ſciñ
ditur · quia hominis curioſi mēs in
diuerſa ptitur · querūt em̄ curioſi
varia et diuerſa et noua · ɔtra illd
Eccī · iii · In pluribus operib⁹ ei⁹
ne fueris curioſus Scdo ratione cu
rationis · qꝛ oportꝫ p̄mo vt caput
infirmi vitta .i. lineo pāno ſtrīgat ·
et ſic mēs curioſi ſtrīgēda ē vitta
.i. corrigēda ē doctrina Sic ſua vit
ta .i. doctrina ligauit Paul⁹ caput
Thimothei .i. mētē dicens · Stultas
et ſine diſciplina queſtiones deui
ta ſciēs q̄ generāt lites · ſeruū aūt
dei nō oportet litigare ſed māſue
tum eſſe ad om̄s · Oportet etiaꝫ vt
huic infirmitati auxilium medicīe
nō deſit · qm̄ huiuſmodi morb⁹ ve
lut cācer ſerpit Vn̄ Apo⁹ · ii · Thi ·
ii · Prophana ꝯ inutilia deuita · mł
tum em̄ ꝓficiūt ad īpietateꝫ et ſer
mo eoꝝ vt cancer ſerpit Tercio ra
tione leſiōis · qꝛ ſolꝫ talis īfirmitas
verticem dolentiū ledi p multiloqū
Et ideo curioſis et garrul' litigatori
bꝫ remediū ē vt ori ipſoꝝ ſilentiū ī
ponat · Nā in mł'tiloq̄o pcc̄m nō de
erit · vt dr̄ · Prou · x · ¶ Ca · xxi ·

D Euotio aſſilatur pinguedi
ni · Primo q̄dē qꝛ piguedo
ſua vnctuoſitate eſt ignis
et caloris vitalis nutritia · Et ſilr̄
mentis deuotio ignem diuini amo
ris et calorem .i. feruorem caritatis
quo aīa ſpūaliter viuit · in ipa aī
ma fouet et nutrit .i. Re · ii · Incen
dat p̄ mū iuxta moreꝫ hodie adeps
Adeps em̄ incēdit cū ex ipſa deuoti
one aīmus inflāmatur · Scdo quia
pinguedo eſt ſu ꝯ aēa leuitate ſup
ficiei petitia · qꝛ ſcꝫ mētis deuotio ē
tiā exteri⁹ ꝓrūpit · ſiue per lacrimas
ſiue per voces diuine laudis et alia
huiuſmoi · Vn̄ · Jo · Caſſian⁹ dicit ī
collatiōe Abbatis Johīs q̄ deuotio
eſt feruor bone volūtatis quē mēs
cohibē n̄ valēs certis manifeſtat in
dicēs · Ps̄ · Sicut adipe et piguedi
ne repleatur aīa mea · ꝯ ſequitur ·
et labijs exultationis laudabit os
meū Tercio qꝛ piguedo ē vacuita
tis corporis repletia · et ſic deuotio r̄
plet et ɔplet defect⁹ aīe · Vł' vacui
tas corpis eſt huilitas mētis que r̄
plet piguedīe · qꝛ mēs huilis rple
tur deuotiōe Job · xxii · Viſcera ei⁹
replebūt adipe · Quarto qꝛ pigue
do ē diuerſaꝝ ptiū īpinguatiua ·
vn̄ et hēt diuerſa noīa · Nā ſicut di
cit · Phs · aruina ē pinguedo adhe
rēs cuti · et iſta ſigt deuotionē exte
riorē q̄ oñdit ī effcū Job · xv · De la
terib⁹ ei⁹ aruina dependet Adeps
aūt ē pinguedo inteſtina iuoluēs
et mēbra interi⁹ cuſtodiēs · et hic
deſigt deuotionē interiorē quā de⁹
p̄cipue reqrit · Leui · iii · Pīs adeps
dn̄i erit ꝛc · Pinguedo aūt coīt di
de vtraqꝫ licꝫ ſtricte dicat pingue
do q̄ adhēt cuidā pellicule q̄ dr̄ zir
b⁹ · ergo pinguedīe largo modo
ſūptā hēt q̄ tā interi⁹ q̄ꝫ exteri⁹ eſt
deuot⁹ · vł' q̄ pinguedo inuenit in
diuerſis ptibꝫ ſigt q̄ deuotio inuē
nit in diuerſ rebꝫ Vn̄ ſic Bern̄ · di
cit ſup · Cāt · Nō oīb⁹ eodē mō da
ta ē grā iſta ſcꝫ deuotio Porro tho
mas in latē iohēs in pectoē petr⁹ ī
ſinu · paul⁹ ī tcio celo ſecreti hui⁹
grāꝫ aſſecuti ſūt ¶ Capitulū · xxii ·

D Eo ī ſacra ſcriptuā attbuūt
hūana mbra · ꝯ hoc fit pm
methafoāꝫ · ſic Damaſc · di
cit · li · i · ca · i · Simplex em̄ de⁹ ē et nō
figurabilis · oculos enim palpebrēs

et viſum habere deſcribitur· q2 ha
bēs virtutē vniuerſoꝝ ꝯſideratiaꝫ
nichil eū latē pt· Aures q̄ꝫ et audi
tum habere deſcribitur· q2 apd eū
ꝓpitiationeꝫ fore et depcationis ſuſ
ceptionē non timemus· Per hunc
em̄ ſenſū nos mites oſtēdimus· qn̄
deprecātibus aures fauorabilit̄ in
clinamus Os fauces et labia habe
re dicitur · q2 illud velut loquendo
p inſpirationē nob̄ reuelat qd hoi
nū cognitio p huiuſmoi organa ex
pmit et oſtēdit· Guttur et guſtuꝫ
habere dr̄· q2 in noſtre iuſticie o pi
bus tanq̄ i guſtu delectat̄ Nares et
olfactū habē dr̄· q2 tanq̄ odor ſua
uiſſimus dn̄o placꝫ quicqd deuotio
nis affcūs ei exhibꝫ · Faciē vero ha
bere dr̄· q2 per ipſi9 opa ei9 v̄tuteꝫ
et p̄ſentiā perpēdim9· Nā perſonaꝫ
preſētē p faciē cognoſcim9· Ma9
repreſētant ei9 ſb̄tilitatē et inuiſi
bilem opatioēꝫ· q2 nos digitis et
manib9 et brachijs ſb̄tiliora et for
tiora opamur · Cū v̄o ſcptuā dex
terā dei cōmemorat· cariora dei et
digniora inſinuat· Vn̄ et iurare p
dexterā dr̄ qn̄ intrāſmutabilit̄ ei9
ꝯſiliū phibet̄ Sed frequēter paupe
ribꝫ et īdigētibꝫ ſb̄uenit et ideo pe
des hr̄e dr̄ · duꝫ ſepe oñdit in effcū
qd ſolēt opari hoīes pedibꝫ l̄ inceſ
ſu· Cor et pect9 habē dr̄ ꝓpt cogni
toꝝ iugē recordationē· Vētrē v̄o
et viſcea ꝓpt ꝯpaſſionē quā ſe hr̄e
in nob̄ oñdit· Iraſci dr̄ ꝓpt odium
malitie· et eā quā adhibet vltiōeꝫ
Etiā dormire et obliuiſci dr̄ ꝓpt iu
rie diſſimlationē· Quia ergo tot mo
dis per ſua bn̄ficia nr̄aꝫ ſupplet īdi
gētiā more hūano dr̄ habere mbra
diuerſa

¶ Capl'ꝫ·xxiij·

Dilectio aſſimlatur mēto· Pri
mo q2 mētū fuit necāriū ꝓpt
ter mādibularū originē· Nā inferi
or mādibula ex mēto orit̄ et ī eo fū
dat̄ Sed mādibula hec iferior vitā
preſētē deſigt ·cui9 ē duplex pars
ſcꝫ dextra que ptinet ad ſpm̄ · cu
ius exercitiū ē ī vita ꝯtēplatīa· et
pars ſiniſtra q̄ ptinet ad corp9 cir
ca cuius miniſteriū ītendit vita ac
tiua· ſ; vtriuſq3 origo ē ex mēto .i.
ex dilectione caritatis· q2 ꝯtēplati
ua ē ex dilectione dei· actiua vero
ex dilectione ꝓximi· Vn̄.i.Io·iij·
Qui non diligit manet ī morte Se
cūdo mētū fuit neceſſariū ꝓpt̄ dēti
um inferioꝝ radicationē · Inferio
res em̄ dētes.i.ſācti ī hoc mūdo vi
uētes ſūt radicati ī mēto.i.in dilec
tione dei·ſm illud·Eph·iij ·In ca
ritate radicati et fundati ac̄ Terci
o fuit neceſſariuꝫ propt̄ oris aperti
onē· Nā oſſa ipſi9 menti in ſuis ex
tremitatibus duas habēt furculas
vt dicit Conſtā· Vna ē acuta cui9
acumini ligamē qddā inſerit̄·qd a
latē tpm ꝓtēditur p qd bucca clau
ditur et apitur· Altera v̄o furcula
groſſa ē et rotūda· cui9 rotūditate
mētū fit mobile· Sic etiam neceſſa
ria eſt dilectio caritatis vt os apiri
poſſit· ſiue ī pdicatiōe· q2 ſi linguis
hoim loq̄r et āgloꝝ caritatē āt nō
habeā ac̄.i.Corin·xiij·ſiue in orati
one ſiue ī ꝯfeſſiōe q̄ etiā ſine carita
te valide nō ſūt· Ps̄ · Os meū ape
rui et attraxi ſpm̄ q2 mādata tua
deſiderabā Hoc em̄ deſideriū māda
toꝝ caritas faciebat· q2 ſic calor ſi
tiē facit aquā· ita caritatis amor ſi
tire facit iuſticiā q̄ ī obſuatiōe mā
datoꝝ exiſtit· ſine q̄ neq3 ꝯfeſſio ē
ſalutifera neq3 ōmino ipetratia· ſe
cūdū illd Prou·xxi· Qui obturat
aurē ſuā ad clamorem paupis cla
mabit ipe et n̄ exaudiet̄· Quarto
fuit mentum necāriū ꝓpt̄ faciei

ↄpletionē et ↄſumationē; · vñ ſi ſit
fronti ꝓporcionatū totā faciem ex
ornat · et ſi nimis excedat eā totā;
faciē dehoneſtat · Sic igit̄ mētū ꝓ
porcionatū eſt ornamentū faciei et
ↄplementū · ita amor ordinatus ſic
eſt caritatis dilectio · ſm illd · Cāt ·
ij · Ordinauit in me caritatē · ē orna
mētū et ↄplemētū aīe · Vñ per nup
tialē veſtē caritas deſignat̄ · Mat ·
xxiij · ex eo ꝙ aīam exornat et de
corat · Quito mētū neceſſariū ē ad
aīalis fortificationē · Nā in mēto ē
aīalis maxima fortitudo ꝓpter duri
tiā oſſis · et ideo bruta ſe tangi per
mentū facilit̄ nō permittūt · Nā mē
to ↄfracto tota eorū feritas quaſi
armis priuatis eñuat̄ · Vñ dr̄ · i · Re ·
xvij · ꝙ Dauid fracto mēto vrſi eru
it ouē de ore ei9 · Sic maxīa fortitu
do aīe ↄſiſtit in amore · q2 fortis ē
vt mors dilectio · vt dr̄ · Cā · viij ·
Sexto fuit neceſſariū mētum ad a
moris oſtēſionem · Vñ mentū hoīs
tangere ſignu; eſt amoris · Et ideo
dr̄ · ij · Re · Tenuit Joab mētum A
maſe · Per mētū em̄ amor · ſed per
tactū op9 amoris exꝑmitur · Vnde
ille mentum tangit qui amorem o
pere oñdit · et hec ē vera ꝓbatio di
lectioīs caritatis · ſm illud · i · Jo · iij
Nō diligam9 verbo neq3 lingua ſed
opere et veritate ¶ Capl̄m · xxiij ·

Diuitie aſſilantur pilis Pri
mo ratione natiuitatis · q2
pili naſcūtur ex fumo cali
do et ſicco · dū em̄ fumus ſubtil̄ per
poros egreditur dū ab aere tangi
tur exſiccatur Silr̄ ex fumo calido
et ſicco · i · ex auaritia deſideriū hoīs
inflāmāte et humorē pietatis exſic
cāte ꝓcedit ditiarū accumulatio ·
Hic fum9 · i · amor cupiditatis p di
uerſos poros · i · p diuerſas vias et
modos lucrādi et rapiēdi ꝓditur ·

et cum ab exteriori aere · i · ab exte
riori mūdi neceſſitate tangitur · pi
li · i · nūmi ſiue diuitiarū cumuli mul
tiplicantur et creſcūt · et ꝑcipue il
li quibus mlt̄iplicātur filij cogunt̄
accumulaē · Eze · xvi · Mltiplicata
es et grādis effecta et ingreſſa es
et pueiſti ad mūdū muliebrē · vbe
ra tua intumuerūt et pil9 tu9 germi
nauit · In multiplicatiōe vl̄ tūore
vberū intellige augmētū familie et
filiorū · et tūc laborat vt germinet
pil9 · i · vt fiat et creſcat diuitiarū
cumul9 · Scdo ratiōe vtilitatis · q̄a
pili ſūt nō ſolū ornamētū · ſ3 etiā iu
uamētū corporis ſicut patet in ca
pillis · Silr̄ diuitie ſunt ad ornamē
tū dignitatis · et ad iuuamētu; ne
ceſſitatis · Vñ Phūs dicit i Ethicis
ꝙ diuitie ſunt organa felicitatis · et
ideo Amb · ſuper · Luc · dicit · Dites
diſcāt non in facultatib3 crimē ha
beri · ſ3 in hijs qui vti neſciūt · Na;
diuitie ſicut impedimēta ſūt impro
bis · ita bonis ſūt iuuamēta v̄tutis
Tercio ratione q̄litatis · Nā vbi in
cute ſūt āpli pori pili exeūtes ſunt
groſſi vbi autē pori ſūt ſtricti tenu
es erūt pili · Sic hoīes habētes aī
mos largos ſiue āplos faciūt groſ
ſas expēſas S3 hn̄tes aīos ſtrictos
· i · auaros tenuit̄ et miſerabilit̄ ex
ꝑedūt · Lc9 · Qui diuitiarū ſeruus
eſt diuitias cuſtodit vt ſeru9 · Qui
āt ſuitutis excuſſit iugū diſtribuit
vt dñs · Quarto ratiōe varietatis ·
q2 pili variant̄ ſm etatē · Vñ qñ a
nimalia ſeneſcūt pili indureſcūt ſic
plume auiū indurāt̄ · q2 deficiēte hu
more neccārio deſiccāt̄ Sic hoīes ſm
Phm̄ i ſenectute efficiūt̄ illibeāles
et duri ad largiēdū · et hoc ē qñ deficit
eis bon9 hūor · i · bon9 amor caritatis
Et hec auaritia ſenil̄ · ſic dicit Sen ·
mōſtruoſa ē · mōſtro īquit ſimilis

eſt auaritia ſenilis. q̄d em̄ ſibi vult
non intelligo· Nā q̄d abſurdi⁹ vt
dici ſolet quo minus reſtat vie eo
plus viatici querē· et via deficiēte
viaticū augere Huiuſmoi ergo pi
los. i. mundi diuitias leuite iubent
radē. i. viri pfecti et religioſi ɔtēp
nere· Nūi· viij·

## Capitulum· xxv·

Doctrina ſpūalis aſſil'atur
cibo corpoāli. in quo neceſ
ſaria ſūt· viij· ſcȝ p̄patio ⁊
maſticatio· in loco digeſtiōis rcep
tio· ei⁹ in liquorē mutatio· liquoris
in humorē ɔuerſio· ipſi⁹ p mēbra
diſtributio· cū mbris aſſil'atio· ⁊ i
corpatio ſiue in naturam corpis ɔ
uerſio· Sic cibus ſpūalis doctrine
a predicatore prepat' dū legit'· ma
ſticat' dū in meditatione diſq̄ritur
In loco digeſtionis rcipit'· dū i me
moria recōditur· In liquorē muta
tur dū diligēter expoītur· In hu
morē liquor ɔuertit' dū deuote diſſe
ritur· Diſtribuit' p mēbra· dū diū
ſis auditoribȝ ſm eoꝝ exigētiā pre
dicat'· Aſſil'atur dū attēte et affcū
oſe recipitur· Incorpatur et ɔuer
titur· dū ope perficitur De hoc cibo
dixit dn̄s Opamini nō cibū q̄ perit
ſed qui permanet in vitā eternaȝ
Jēo· Diſcam⁹ in terris quoꝝ ſcia
nob pſeuēt in cel'· Itē doctrīa ſpi
ritual' dēt tradi ad modū cibi· In
quo ſm Galienū ɔſiderāda ſunt q̄
tuor· Primo cibi ſbſtātialitas· Naȝ
aliq̄s cibȝ ē ex ſui natura nutrimē
talis et nature iuuatiu⁹· Et huic
aſſil'at' doctrina ſana et catholica
q̄ aīa ſpiritualit' ſuſtentat' et iuuat'
ad ſalutem· Aliq̄s vō ē peſtilētial'
et corpis corruptiu⁹· ſic cibȝ vene
noſus Et huic aſſil'at' doctrīa p̄ua
vel heretica· q̄ mores vl' fides corrū
punt· Oportet ergo ciboꝝ ſcire na

turā ⁊ doctrinaꝝ diſcernē q̄litatē
ne hō venenū loco cibi accipiat· ne
q̄s falſitatē ꝑ veritate credat· Vn̄
Eccī· xxxvij· Nō te effūdas ſuper
ōnē eſcā ⁊c. i. Jo· iiij· Nolite ōni ſpi
ritui credē· ſ; ꝓbate an ſpūs ex de
o ſint· Scd̄o attēdenda ē cibi quali
tas ſcȝ vtrū tēperatus ſit vel exce
dat Eſt enim aliq̄s cibus ſubtilis q̄
de facili digerit'· cui⁹ quātitas mul
ta paꝝ nutrit· q2 ſm Auicē· ex eo
generatur ſāguis q̄ cito reſoluit'
a mēbris et ideo parū nutrit· ⁊ ſic
eſt doctrina multū ſubtil' rudi po
pulo p̄dicata q2 paruȝ eos in deuo
tione nutrit et male intelligitur et
cito a memoria labit'· Item ē cibus
groſſus q̄ tardi⁹ digerit'· et pars
eius modica mltū nutrit· ex quo
ſcȝ groſſus generat' ſāguis q̄ tardi
us reſoluitur a mēbris· Sic doctri
na groſſior ⁊ vulgarior hōines ſim
plices magit reficit et in deuotiōe
nutrit et diutius in memoria perſi
ſtit· Item eſt alius cibus a ſbſtan
tia tēperatus et talis laudabil' eſt
q2 medium tenet· huic aſſil'at' doc
trina· q̄ neq3 eſt nimis rudis. neq3
nimi⁹ ſubtilis· Talis em̄ laudabil'
eſt· q2 ſimplicibȝ et ſapientibus ſa
tiſfacit. Ro. i. Sapiētib⁹ et īſipiētibȝ
debitor ſum· Tercio attēdenda ē
cibi q̄ntitas vt non ſit nimia neq3
nimis pauca ſed int' hec media Nā
nimis cib⁹ naturā g̃uat· ſtomachū
inflat· torſiōes generat· malos hu
mores geneāt et augmētat· vomi
tum et faſtidium ꝓuocat· caloreȝ
naturalem ſuffocat· oſſium et ner
uorum contractioneȝ cauſat· vlce
ra ſcabiem et apoſtemata ꝓcurat·
ſenium et mortē accelerat· Et ſit
dū homo manducat vt morteȝ fu
giat ide citius moriat'· Cū vō cib⁹
nimis eſt paucus natuāȝ debilitat

viſum et ſenſum hebetat· fluxuꝫ ca
pillorꝫ et caluiciē generat· thiſim
ethicam accelerat· corpus extenu
at· et peiores infirmitates q̄ꝫ rͤple
tio cauſat· Vn̄ dicit Ypocr̄s in Am
phoꝛ· ꝙ in tenuib9 dietis maxime
peccāt egrotantes Cib9 ergo ſi me
diū inter hec teneat rem pditam
reſtaurat· v̓tutem ꝯſeruat· ſangui
nē augmentat· calorem tpat· ige
nium acuit· vires operādi tribuit·
ſanitatē perficit et cuſtodit· ⁊ ſalu
brē ſōpnuꝫ inducit· Silr̄ q̄ꝫ accidit
de doctrina ſpūali· qꝛ ſi ſit nimia .i.
nimis prolixa vertitur in tediuꝫ ⁊
multiplex anime nocumentuꝫ· et
ideo poetice dr̄· Quicq̄d p̄cipies e
ſto breuis vt cito dcā· Percipiāt
aīmi dociles teneātq̄ꝫ fideles Om
ne ſuperuacuū de pleno pectoꝛe ma
nat· Silr̄ etiam defectus doctrine
ſpūalis multiplex malum inducit·
et magis adhuc nocet q̄ꝫ eius nimi
etas· Vn̄ et in penā hoīm peccōruꝫ
deus p ꝓphetā ꝯmnatur dicens· A
mos· viij· Mittā famem in terrā
non famē panis neq̄ꝫ ſitim aque· ſ
audiēdi v̓bū dei· Et Jheremias huc
defectū deplorauit dicens Paruuli
petierunt panē et non erat q̄ fran
geret eis· Tren· iiij· Ergo diſcreta ⁊
tpata doctrina multiplicit̄ anime
ꝓdeſt· et ideo fidelis et prudens ſer
uus quē ꝯſtituit dn̄s ſuper familiā
ba ꝓphetie .i. libri huius Oportet eē
ſtudioſū etiam ad audiendum ſcili
cet in memoria. Vnde dixit· et de
uora illū ſcʒ memorie cōmendando
et opere implendo· et hoc cum qua
dam auiditate· que notatur ī ver
bo deuorandi· Item requirit hoīem
vigoroſū qui propter amaritudīeʒ
ſeu laborē qui eſt in diſcendo ſiue ī
telligendo vel implendo non omit
tat eam· quia ſicut ex vna parte vi
detur eſſe difficilis et amara· ita ex
alia eſt dulcis et ſapida· Eſt enim
difficilis ad intelligendum· et ama
ra .i. penoſa ad opere implendum·
Et ideo dicit· faciet amari. ven· tu
um .i. carnalitatem ſiue humanita
tem tuā· que eſt mollis et fragilis
Et ideo graue eſt ei et penoſuʒ ſcp̄
ture monita implere· Facit etiam
liber diuine ſcripture amaricaē ve
trem aīe .i. mentem inq̄tū ducit
hominem in cognitionem ꝓpriorū
defectuum de quibus amaricatur·
Deducit etiam in cōtēplationem
diuinorum et celeſtium· et quanto
ei fit dulce qd intus videt· tanto in
amaritudineʒ vertitur omne quod
foris ſuſtinet· Sʒ ex alia parte ſcp̄
tura dulcis eſt et ſapida· Vnde di
citur Sed in ore tuo erit dulce tanq̄
mel· q2 ſcʒ ſacra ſcriptura licet ſit
difficilis ad intelligendum et peno
ſa ad implendum· tamen eſt dele
ctabilis ad p̄dicandum Ps· Q̄m
dulcia faucibꝰ meis eloq̄a tua ſup
mel ori meo·

Capl̄m· xxxi·

Spes multa bona facit in
anima· Et hoc oſtenditur
in viſione beati Johannis
que habetur Apoc· viij· vbi dicit·
q̄ ſecundus angelus tuba cecinit·
et mons magnus igne ardēs miſſꝰ
eſt in mare· et facta eſt tercia ps
maris ſāguis· et mortua ē tcia ps
creature· q̄ hēbat aīas in mari· et
tercia pars nauiū interijt· Scdꝰ ā
gelꝰ ē ſpes· que ē ſcd̄a virtus theo
logica· hec tuba canit quādo peni
tenti veniam ꝓmittit· et tūc mōs
magnus id eſt aīmꝰ ſbleuatus ig
ne ardens .i. caritate feruens mitti
tur in mare .i. in amaritudīeʒ timo
ris et doloris· Et tunc fit tercia ps
maris ſāguis· prima pars ē amari
tudo timoris· ſcd̄a doloris· Ex hijs
duobus aliquādo ſequit̄ tercia ſcʒ
amaritudo deſperationis· ſed hāc
omnino excludit ſecuritas ſpei et
conuertit in ſanguinem .i. in peni
tentie aſperitatem et carnis morti
ficationem· Item prima ps eorū
q̄ hn̄t aīas i mari ē timor pene mū
di· ſecunda timor purgatorij· tcia

timor pene inferni et hec moritur. quia hunc timorem ſpes ſalutis excludit Item prima pars nauis humane mentis ſunt cogitationes neceſſarie que ſunt circa illa que ſunt de neceſſitate ſalutis. Secunda pars ſunt cogitationes perfecte que ſunt circa opera ſuperogationis. que non ſunt de neceſſitate ſed de perfectione. tercia pars ſunt cogitationes vane circa vanitatem. hec tercia pars interit canente tuba ſecundi angeli .i. ſpe promittente veniam et miſericordiam dei Pſ. In ſpiritu vehementi conteres naues tharſis .i. cogitationes querentes vana huius mundi

¶ Capitulum .xxxii.

Spirituales viri aſſimilantur illis rotis que deſcribuntur Ezech. i. vbi dicitur quod ſtatura erat rotis et altitudo et horribilis aſpectus. et totum corpus plenum oculis in circuitu ipſorum quatuor In quibus verbis quinque conditiones ſpiritualium virorum exprimuntur. Prima eſt rectitudo iuſticie que figuratur in ſtatura rotarum. quia enim ſtare dicimus id quod firmum eſt vel rectum. non enim dicitur ſtare ille qui iacet vel ille que vadit. Ideo ſtatura importat rectitudinem et firmitatem. que duo competunt ſpiritualibus viris .i. hiis qui ſpiritu dei aguntur ſcilicet rectitudo operis. ſecundum illud Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. et ſtabilitas voluntatis que eſt ex robore ſpiritus ſancti Secundum illud Eph. iii. Det nobis corroborari per ſpiritum eius in interiori homine Hoc enim ſtabilitatis robur gratia ſpiritus ſancti facit Heb. xiii. Optimum eſt gratia ſtabilire cor. Et de hac ſtatura ſpiritualis viri dicitur Cant. vii. Statura tua aſſimilata eſt palme. que ſcilicet directe creſcit et diutiſſime viuit. Secunda eſt promptitudo obedientie. quia aſſimilantur rotis. Nam ſicut rota vndique eſt parata ad motum ita ſpirituales viri ſunt in omnibus parati ad obediendum. ſecundum illud Pſ. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Hanc promptitudinem obedientie facit ſpiritus humilitatis qui eſt intus in eis. Vnde dicitur Ezech. i. Cum euntibus ibant et cum ſtantibus ſtabant. et cum eleuatis a terra pariter eleuabantur et rote ſequentes ea. quia ſpiritus vite erat in rotis. Tercia eſt altitudo ſapientie ſcilicet in contemplatione celeſtium et diuinorum. Vnde dicit quod altitudo erat rotis. Nam ſapientis eſt conſiderare altiſſimas cauſas. vt dicit Philoſophus in primo Methaphiſice Yſaie .xiiii. Extollam te ſuper altitudinem nubium id eſt rerum mutabilium. quia nubes maxime ſunt inſtabiles et continue tranſmutantur. Quarta eſt trepidatio iudicie. ſemper enim aut peccata preterita aut delicta preſentia etiam parua ex ira diſtricti iudicis in ſe feriri metuunt. et eterne gehenne ſupplicium formidando attendunt. Vnde dicit et horribilis aſpectus. vbi Gre. Horribilis aſpectus eſt terror gehenne que ſine fine reprobos cruciat. et ſemper in cruciatu conſeruat. Vnde tanta eſt illius pene acerbitas et profunditas quod eſt horror non ſolum ſuſtinentibus ſed etiam aſpicientibus Job decimo. Terram tenebroſam et opertam mortis caligine. terram miſerie et tenebrarum vbi vmbra mortis et nullus ordo. ſed ſempiternus horror inhabitat Quinta eſt circumſpectio prudentie. quia totum corpus plenum erat oculis. in circuitu ipſorum quatuor. Per iſtos enim oculos intelliguntur cautele et circumſpectiones

prudentialium quibus ſancti et ſpiri
tuales viri tanq̄ vere prudentes ī
omnibus habundant Nam ſpiritu
alis homo dijudicat omnia · et iſti
oculi dicuntur eſſe in circuitu · quia
dyabolus nos ſuis laqueis vndiq̄
circumcingit · ꝓpter q̄d de eo dicit pe
trus · ꝙ tanq̄ leo rugiens circuit q̄
rens quem devoret · et ideo contra
eum ex omni parte neceſſaria eſt
cautela · Sed ideo dicuntur eſſe ī cir
cuitu ipſorum quatuor ſcȝ animali
um ſecunduȝ Gregoriū ſuper Eze ·
omelia · vij · circa principium · vel
ipſarum quatuor ſcilicet facierum
Nam ſupra premiſerat ꝙ apparuit
rota vna habens quatuor facies ·
que videbantur quaſi quatuor ro
te · quia ſcilicet ſancti viri precipue
in quatuor partibus habent caute
las et circumſpectiones · ſcilicet re
tro circa preterita per memoriam ·
ante ſcilicet ad futura per providē
tiam · a dextris id eſt ad proſpera
per deſpectum · a ſiniſtris id eſt ad
adu̇ſa p exercitiū · Nā ꝓſpera mūdi
ī̄ſpiciēdo deſpiciūt · ⁊ adu̇ſa ad vᷣtu
tis exercitiū ſuſcipiūt Vl̄ h̄n̄t ocl̄os
retro ſcȝ ad mala ne īficiāt · ⁊ an̄ .i.
ad bō̄ ne deficiant Gre · Corꝑa aīa
lium idcirco plena oculis deſcribun
tur · quia ſanctorum actio ab omni
parte ſcilicȝ circumſpecta eſt bona
deſiderabiliter providens mala ſo
lerter cavens · Eſt enim neceſſari
um oculos habere ad mala id ē ad
vicia · quia vitia plerumq̄ ſe pal
liant ſub ſpecie virtutum Nam ſu
perbia fingit ſe eſſe libertatem · ti
mor fingit ſe humilitatem eſſe · Te
nacia ſiue avaritia fingit ſe eſſe p
ſimoniam · prodigalitas fingit ſe eē
largitatem vel miſericordiam · Vn
de ſicut dicit Gregorius Hoc eſt la
borioſius vbi mens ſanctorum invi

gilat · ne ſe ante eorum oculos ma
la ſub bonorum ſpecie abſcondant
Item neceſſarium eſt habere ocu
los ante ſcilicet ad bona ne deficiāt
Nam plerumq̄ dum homo itendit
ad quedam bona negligit quedaȝ
alia · et vbi negligimus · ibi pro
culdubio oculum non habemus ·
q̄d patȝ Luce ſexto · exemplo pha
riſei · qui habuit oculos ad gratitu
dinem dicens Gratias ago tibi ⁊c̄
Ad abſtinentiā · ieiuno bis ī ſabba
to Ad miſericordiā · decias do · o · q̄
poſ · Ad iuſticiā · q̄ non ſū ſicut cete
ri hoīm · iniuſti raptores · ad ꝯtinē
tiā · ⁊ adulteri ⁊c̄ Sed ad mentis cu
ſtodiā .i. huilitatē oculū n̄ habuit ·
quia ſe ceteris hoīb⁹ ꝑtulit Greg ·
Quid ꝓdeſt ꝙ ꝯtra hoſtiū inſidias
tota civitas caute cuſtodit̄ · ſi vnū
foramen apertum relinquitur vn̄
ab hoſtibus intretur · Item ſan
cti viri habent oculos et a dextris
ſcilicet ad beneficia ne officiant ·
Nā valde cauēdū ē ne vn̄ hō̄ proxīo
ſuo prodeſſe intendit inde magis ei
noceat · Vn̄ Apo⁹ · dicebat · ij · Cori
ij · Si cui aliq̄d donaſtis et ego Nā
et ego q̄d donavi ſi q̄d donavi ꝓpt
vos in perſona xp̄i vt non circūvei
amur a ſathana · non enim ignora
mus cogitationes eius · Ecce circū
ſpect⁹ magiſter ſic donare .i. parcē
voluit vt non diſpliceret nec ſcan
dalū daret diſcipulis · quia ſciebat
ꝙ ſathanas inde ſolet cordi alteri⁹
ſcandalum immittere · Vnde alte
rum conſpicit pietatis negocium
feciſſe · et ideo multum attendēdū
eſt vt etiam bonuȝ q̄d ſit vtiliter ⁊
caute fiat · Item debēt etiam eſſe
oculi a ſiniſtris id eſt ad ſcandala
ne veniant ſcilicet ex culpa ſua · q̄
uis enim neceſſe ſit vt veniant ſcā
dala · Ve tn̄ hoī illi p quē ſcādaluȝ

venit· qd intelligendum eſt de ſcā
dalo actiuo qd eſt ex culpa propa
ſciz vel bonum omittendo· vel ma
lū agendo· vel ſtudioſe nocendo ac
huiuſmodi Sed de ſcādalo paſſiuo
qd eſt ex culpa alteri9· non eſt tm̄
curandum ꝙ ꝓpter hoc bonum di
mittatur· p̄cipue bonum ad qd hō
tenetur· ſi ſine huiuſmodi ſcandalo
fieri n̄ poſſet Vn̄ dn̄s nō curauit de
ſcandalo phariſeoꝝ et tamē curauit
de ſcandalo gētiliū petentiū ab eo
tributū· vt h̄etur Mat· xvii·

¶ Capl̄m· xxxiii·

Temptatio occulta ī cordis
cogitatione eſt ſicut polluti
o ſōpnii in dormitione· Dī
em̄ Deut· xxiii· Si fuerit inter vos
homo qui nocturno pollut9 ſit ſōp
nio· egredietur extra caſtra et nō
reuertet̄ priuſꝙ ad veſperū lauet̄
aqua· et poſt ſolis occaſum ēgredi
et̄ in caſtra· In quibus verbis pri
mo ītellige ſōpnii pollutionē· cū dr̄
Si fuerit inter vos· ho· q̄· no· pol· ſi
ſo Nam ſicut dicit Greg· Noctur
nuz ſompniū eſt tēptatio occulta·
per quā tunc homo polluitur· qn̄do
tenebroſa cogitatione turpe aliq̄d
corde ꝯcipitur· qd tamen corporis
opere non expletur· Et cauſa qua
re aliquando ſpūales viri talibus
cogitationibus vel temptationib9
moleſtantur eſt· ſicut Greg· dicit
ꝙ libenter ſe occupant in aliquibꝫ
actibus terrenis etiaz licitis· quia
cuz vel in minimis terrena actio p
deſiderium tangitur· creſcente con
tra nos antiqui hoſtis fortitudine
mens noſtra non minima importu
nitate temptationis inquinatur·
Secundo ꝯſidera polluti excluſiōez
cuz ſubditur· Egredietur extra ca

ſtra Gregorius· dignum eſt vt q̄
immūda cogitatioē polluitur indi
gnum ſe ceterorum fidelium ſocie
tatibus arbitretur· culpe ſue meri
tum ante oculos ponat et ex bono
ruz ſe extimatione deſpiciat Pollu
tuz ergo extra caſtra exire eſt tur
pi cogitatione laborantem ſeſe ex
continentium comparatione deſpi
cere· Tercio aduerte excluſi purga
tionem· cum ſubditur· et non reuer
tetur quouſqꝫ ad veſperum lauet̄
aqua Gregorius Ad veſperum aq̄
abluitur cum defectum ſuum ꝯſpi
ciens ad penitentie lamenta ꝯuer
titur· vt fletibus diluat omne qd
animam occulta inquinatio accu
ſat Pſalmiſta· Ad veſperuz demo
rabitur fletus· et ad matutinuz le
ticia· Et hinc eſt ꝙ Leuit· primo
mandatum fuit ꝙ membra hoſtie
in fruſta conciſa et caput et cūcta
que adherent iecori igne cōburerē
tur· Pedes vero et inteſtina p̄us
aqua lauarentur· Iſta hoſtia ē ho
mo qui ſeipſum offert ad ſeruitiuz
dei· cuius membra tunc concidun
tur in fruſtra· cum eius vite opa̅
ſunt virtutibus diſtincta· Et tunc̄
ſuper ignem ponuntur· quando cū
feruore amoris et deuotionis deo of
feruntur· Caput autem et ea que
iuxta iecur continentur ītendim9
cum in ſenſu noſtro quo omne cor
pus regitur atqꝫ in occultis deſide
riis flamma diuini amoris ardem9
Pedes autem qui terram tangūt
ſunt terrene occupationes· Intē
ſtina vero in quibus ſtercora por
tantur ſunt cogitationes immūde
Vnde Gregorius· Cum cogitatio
nes noſtras immunda cogitatio i
quinat· quid aliud q̄ꝫ inteſtina ho
ſtie ſtercus portant? Habet ergo
pedes et inteſtina ille qui dū terenū

aliquid agit · non nulla etiam illici
ta in corde conſpicit · ſed hec vt cō
buri debeant lauentur · quia nimi
rum neceſſe eſt vt ante immūdas
cogitationes timoris fletus diluat
ꝙ in acceptione ſacrificij ſupnus
amor incendat · vt tāto ſuauius in
conſpectu ſui ſpectatoris ardeat · q̄ñ
to cum ei aſſiſtere ceperit nil terre
num ſecum vel lubricum in actu ſu
e orationis imponit · vt dicit Gre ·
Quarto nota purgati reuerſionez
cum ſubinfertur · Et poſt occaſum
ſolis regredietur in caſtra · Tunc
ſol occumbit cū ardor temptatiōis
per lacrimas penitentie deferuēſcit
Et tunc qui pollutus fuerat ad ca
ſtra redit · quia tunc in ſocietate bo
norum confidit Vnde Greg̃ · Poſt
aquā quippe occumbēte ſole ad ca
ſtra reuertitur · qui poſt lamēta pe
nitentie frigeſcente flamma cogita
tiōis illicite ad fideliū merita preſu
menda reparatur · vt iam ſe a cete
ris longe eſſe nōn exiſtimet qui
mundum ſe per habitum intimi ar
doris gaudet · Item temptatio tri
plex eſt · que deſcribitur ī prima vi
ſione Ezechielis · vbi dicitur · Vidi
et ecce ventus turbinis veniebat
ab aquilone · et nubes magna et
ignis inuoluens · et ſplendor ī cir
cuitu eius · et de medio eius quaſi
ſpecies electri Vbi primo notatur
temptationis periculum ex tempe
ſtate veniente · ſecundo remediuz
ex ſplendore circūdante · tercio pre
mium ex electro apparente · Peri
culum oſtenditur triplex · ſecūduz
triplicem temptationis gradum ·
quorum primus pertinet ad tēpta
tionem ſuperbie · cum dicitur Ecce
ven · tur · ve · ab · aqui · Gregorius
Ventus eſt temptatio mentis · ꝓ
pria autem mentis temptatio eſt

temptatio ſuperbie · que habz cor
eleuare · Vnde aſſimilatur vento ·
quia ſicut ventus eleuat corpora le
uia · ita ſupbia eleuat corda vana
Job ſeptimo · Vir vanus in ſuper
biam erigitur Sed nota ꝙ que vē
to flante aſcendunt · eo quieſcente
ruunt Sic qui ſuperbia vel fortuna
blandiēte extolluntur · ea ceſſante
corruunt et eliduntur · Vnde Job
triceſimo Eleuaſti me et quaſi ſup
ventum ponens eliſiſti me valide ·
Sz quia ſuperbia eſt mentis nō ſo
lum eleuatiua · ſed etiam perturba
tiua · ideo temptatio ſuperbie voca
tur ventus turbinis · quia ſicut tur
bo obſcurat et turbat aerem · ſic etiā
am ipſa ſuperbia obſcurat et tur
bat mentem · Vnde Job tercio No
ctem illam tenebroſus turbo poſſi
deat · Turbo poſſidet noctem · cum
ſuperbie temptatio cecat mentem
Et dicitur tenebroſus · quia oculū
cordis obſcurat Bernardus de du
odecim gradibus humilitatis · Su
perbia oculum mentis obſcurat et
veritatem obumbrat · Turbo autē
dicitur quia turbat ſcilicet ſuperbi
entis animum · quia facit ipſum a
marum · rancoroſum · inquietum ·
Pſalmiſta Conturbati ſunt mōtes
id eſt ſuperbi Hugo de ſancto vic
tore in libro de arra anime · Signa
ſuperbie ſunt . clamor in locutiōe ·
amaritudo in ſilentio · diſſolutio in
hilaritate · furor ī triſticia · honeſtas
in ymagine · inhoneſtas in actiōe ·
rancor in reprehenſione · Et quoni
am iſta temptatio eſt quaſi dyabo
li propria · quia ſuperbie vitiuz ab
eo accepit inicium · et ideo ſubdit ·
ꝙ iſte ventus veniebat ab aquilōe
.i. a dyabolo ſuperbo · Ipſe enim ſu
perbiens dixit Yſaie decimo quar
to · Sedebo in monte teſtamenti in

lateribus aquilonis· aſcendam ſu per altitudinem nubium et ſimilis ero altiſſimo Unde Hugo de ſancto victore dicit in libro predicto· Sup bia in celo nata eſt· ſed velut immemor qua via inde ceciderit illuc po ſtea redire non potuit Secunda temp tatio eſt luxurie ſiue carnis· et hec vocatur nubes magna· quia ratio nem obfuſcat· Sicut enim nubes den ſa obfuſcat aerem lumen ſolis inter cipiendo· ſic concupiſcentia carnis ob fuſcat mentem lumen rationis obum brando· Unde Gre· nazanzenus di cit· quod caro velut nubes quedam groſſa ſe anime obiciens conſiderare eam diui luminis radios non ſinit Eze· xxxij Solem i. rationis lumen nube tegam Aug· in libro confeſſionum· Exala bunt nebule de limoſa concupiſcentia carnis et ſcatebra pubertatis · et obfuſcabant atque obnubilabant cor meum· ita vt non diſcerneretur ſere nitas dilectionis a caligine libidi nis· Sed magna dicitur ratione genera litatis· quia generaliter quaſi omni ho mini ineſt pugna carnis· Nam omnes de carnis peccato propagati ſunt Unde omnes intra ſemetipos gerunt unde certamina ſentiunt Gregorius· In hoc mundo cum noſtris temptatio nibus naſcimur· et caro aliquando nobis adiutrix eſt in bono opere· aliquando ſeductrix in malo· Item eſt carnis temptatio magna continu itate Iheronimus· in Epiſtola· Quocumque p gimus nobiſcum inimicum. i. carnem portamus· et ideo pugna ineuita bilis eſt et continua· Item eſt mag na difficultate Auguſtinus in quo dam ſermone· Inter omnia certa mina criſtianorum duriora ſunt ca ſtitatis prelia · Nam ibi conti nua pugna et rarior eſt victoria · Eſt enim ipſa caro inimicus familiaris·

de quo Boecius dicit · quod nulla peſtis efficacior ad nocendum quam fami liaris inimicus· Tercia temptatio eſt auaritie· et hec eſt a mundo· et hec dicitur ignis inuoluens· ignis ſcilicet propter inſaciabilem ardorem· quia ſicut ignis non ſaciatur lignis· ſecundum illud Prouerbiorum triceſimo Ig nis numquam dicit ſufficit· ita nec aua rus pecunijs Eccleſiaſtici quinto · Auarus non implebitur pecunia etc. Inuoluens autem dicitur propter implicationem · Multe enim ſunt inuolutiones et implicationes homi num auarorum Job ſexto Inuolu te ſunt ſemite greſſuum eorum· in uoluunt enim ſe multis curis· mul tis negotijs. multis peccatis. i. Thi· vi· Qui volunt diuites fieri inci dunt in temptationem et in laque um etc. Secundo ponitur temptati onum remedium· quia ſplendor in circuitu eius· Circumſtat enim homi nem temptatum ne a temptatione vincatur triplex ſplendor· ſcilicet ſplen dor ſcripture ipſum informans· ſplen dor angelice cuſtodie ipſum confor tans· et ſplendor diuine iuſticie vi centem coronans· Unde. i. Thi· vi poſtquam dixit Bonum certamen certa ui· addidit· in reliquo repoſita eſt michi corona iuſticie Pſa· lviij· Im plebit ſplendoribus animam tuam Tercio ponitur temptatorum et vic torum premium· quia de medio eo rum quaſi ſpecies electri· de· me. et ſcilicet· de· nu· et ignis· quia ſcilicet ex temptationum pugna trahitur coro ne materia que in electro ſignatur· Uel in electro ſecundum Gre· ſignificatur xpc qui eſt temptatorum et victorum premium· Electrum enim ſicut Gre· dicit· ex auro eſt et argento· dum au tem miſcetur argentum creſcit in cla ritate · aurum vero a fulgore ſuo

palleſcit. Hic dum humanitas xp̄i in maieſtatis gloriā excreuit diuinitas a xp̄o fulgoris potētia ſe humaīs oculis temꝑauit Et ita ī xp̄o quaſi dū palleſcit aurū fulgꝫ argētum. ergo electrum de medio criſtus eſt. q̄ iam exiuit et triumphauit de pugna temptationum. Ipſe enī tēptatus fuit a carne fameſcēte. qz cum ieiunaſſet. xl. diebus et xl. noctibus poſtea eſuriit. Item a dyabolo perſuadente. quia accedēs temptator dixit ei etc̄. Item a mūdo alliciente. cum oſtendit ei ōnia regna mundi et gloriam eorum et dixit. Hec omnia tibi dabo. Sed tamen criſtus de omnibus triumphauit. et ideo hoc electrum de medio harum temptationum iam ereptū inducitur in exemplū. ymmo etiā in premium ſiue in precium. ſi ipſas temptationes vicerimꝰ. ita vt ex hoc electro fabricetur et moneta que dabitur in preciū laboris. et corona que reſeruatur in premium victoris. et letificabimur ſi quidem ex ſplendore auri. et inſuper ex candore argenti. quia tā ex viſione deitatis q̄ȝ humanitatis criſti delectabimur et reficiemur in patria. vt dicit Auguſtinꝰ ſuper illd Iohannis decimo. Ingredietur et egredietur et paſcua inueniet Itē temptat et impugnat nos dyabolus aliquādo de vana gloria. aliqñ de ſuperbia. aliquādo de inuidia. aliquando de luxuria. Et hec pugna temptationum figuratiue exꝑmitur in viſione ſompnij que habet Dañ. vij. vbi dicitur. qꝫ daniel ſōpnium ſcribens breui ſermone cōprehendit. ſūmatimqꝫ perſtringēs ait. Videbam in viſione mea nocte. et ecce q̄tuor venti pugnabant in mari magno. et quatuor beſtie magne aſcendebant diuerſe inter ſe. Prima quaſi leena. et quaſi alas habebat aquile. aſpiciebā donec euulſe ſunt ale eius. et ſublata eſt de terra. et ſuper pedes quaſi homo ſtetit. et cor eius datum eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in pte ſtetit. et tres ordines erant in ore eius. et in dentibus eius. et ſic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas. Poſt hoc aſpiciebam. et ecce alia quaſi pdus. et alas habebat auis q̄tuor ſuper ſe. et quatuor capita erant in beſtia. et poteſtas data eſt ei. Poſt hoc aſpiciebam in viſione noctis. et ecce beſtia quarta terribilis atqꝫ mirabilis et fortis nimis. dentes ferreos habebat magnos comedens atqꝫ cōminuens. et reliqua pedibus ſuis conculcans. Diſſimilis autē erat ceteris beſtijs quas videram ante eam. et habebat cornua decem. Primus ergo ventus eſt ambitionis temptatio. qui flat ab oriente id eſt ab origīs nobilitate. que frequenter eſt ambitionis occaſio. Beſtia autē hoc flatu excitata ſuperbia eſt. que eſt quaſi leena habens alas aquile. q̄ ſunt ſublimitas et poteſtas. Et hec beſtia tūc euellitur quando homo ſuperbus a ſtatu ſuo deicitur. Et tunc hec beſtia ſtat ſuper pedes ſuos. quia tunc iam non ſtat. vel in equo. vel ſuper alios homines. Et cor eius datur ei id eſt vera cognitio ſue fragilitatis et vilitatis. Secundus ventus eſt temptatio inuidie. qui flat a meridie. quia de proſperitate bonorum dolet inuidia. Eſt enim in regione meridiana habundantia bonorum. Beſtia hoc flatu excitata ē detractoria lingua que beſtia eſt ſimilis vrſo qui libēter mel comedit. quia dulce eſt in

in ore inuidi mala de alijs loqui ·
Vnde delectatur inuidus cum vide
aliena mala ſicut dolet et triſtatur
cum videt aliena bona · Juxta illud
Oracij poete · Jnuidus alterius re
bus macreſcit opimis · propterea ē
ei dulce loqui de malis proximi ·
hec beſtia in pte ſtetit · quia iuidus
quandoqꝫ hominem in parte lau
dat · tres ordines dentium habuit ·
quia iuidus habet tres modos de
trahendi ſcilicet mala augendo ·
bona minuendo · et indifferentia
vel dubia peruertendo · Tercius
ventus eſt temptatio luxurie flans
ab occidente id eſt a carne iugiter
ad occaſum ſiue mortem tendente
Cotidie enī appropiq̄m9 morti Jux
ta illud Dē qd ē geitū tēdit ad itēitū
Beſtia hoc vento excitata eſt car
nis concupiſcentia que ſimilis par
do dicitur · qui eſt varij coloris ꝓpt ē
varietatem deſideriorum Hec habꝫ
quatuor capita · ſcilicet ocium · ſua
uitatem veſtium et conſimiliū · de
lectabilitatem epularuꝫ · et carna
le opus · Quatuor autem ale que
eā erigunt ſunt · iuuentus ſaītas ·
pulchritudo et nobilitas · Et hec ſūt
vt ale milui quibus volatur ad ſor
des carnales · Quartus vētus flās
ab aquilone eſt temptatio crudeli
tatis · que eſt in potentibus reſpe
ctu ſubditorum · ad quam pertinet
quarta beſtia que eſt ceteris cru
delior · que cetera comminuit et cō
culcat · Cornua eius ſunt prepoſiti
et ſatellites · et miniſtri ſue crude
litatis · qui quos conculcare non p̄
ualent · ſaltem accuſando ledere ni
tuntur · quia autē in predicto ſōp
nio dicitur ꝙ quatuor vēti pugna
bant in mari magno · Notandum
eſt ꝙ mare ſompniatuꝫ ſicut dicūt
ſompniorum interpretes · quando

qꝫ refertur ad regnorum mūtabili
tatem · ſicut in hoc ſompnio Danie
lis · vbi per mare grande intelligi
tur vniuerſale imperium mundi ·
et per quatuor ventos pugnantes
in eo itelliguntur angelice poteſta
tes laborantes pro ipſis imperijs et
regnis mundi · vt exponunt Glo
ſe · Aliquando vero refertur ad ho
minum pſperitatem · Vnde dicūt
ſompniorum interpretes · ꝙ ſi q̊s
viderit per ſompnium · ꝙ in mari
ceperit piſces hamo inueniet diui
tias a rege ſecundum rationē cap
tionis · et ſimiliter ſi retibus per re
ctum obſequium ditabitur ab eo
ſcd̄m rationē captionis · Jtē dicūt
ꝙ ſi q̊s ſōpniet · ꝙ ſecus littus ma
ris ambulādo lauet pedes appropī
quabit regi et grām iueniet penes
illū ſcd̄m rationē ambulationis · et
ſi mare intrauerit vſqꝫ ad femora et
lauerit familiaris efficietur regi · et
letabitur ſcd̄m rationē ablutiōis ·
Jtē dicūt ꝙ ſi quis ꝑ ſōpniū de pxi
mo mare videat trāquillū omnem
triſticiā abiciet et gaudebit · Nūqꝫ
vero refertur vt dicūt mare ſomp
niatum ad hominum aduerſitateꝫ
Nam ſi quis in ſompnio mare in
trauerit vſqꝫ ad verticē ſollicitudi
ne et tribulatiōe et neceſſitate maxi
ma vexabitur per regem · termina
bitur autem hoc ſecundum ratiōeꝫ
abſentie eius a terra · Nam ſi parꝫ
diſtet minor · ſi multum vehementi
or afflictio erit · Jtem ſi quis ſomp
niet ſecus littus maris ſe ire · et
pedes inquinauerit tribulabitur a
rege ſecundum rationem inquina
menti · Jtem ſi rex per ſompnium
videat mare perturbatuꝫ perturba
bitur in regno ſuo · Jtem quia ī p̄
fato ſompnio Daiel dr̄ ꝙ ſcd̄a be
ſtia q̄ eſt ſilis vrſo hēbat ī ore tres

ordines ſcz dentium· Notandū q̄
ſecundū interp̄tes ſōpniorū dētes
ſōpniati variam habent ſignificati
onē. Naz aliquando referuntur vt
dicūt ad pricipum vel regnorū di
gnitatem· et ſic accipiēdo ī hoc ſōp
nio Dan̄ · quia illa ſcda beſtia vr
ſo ſimilis regnum pſarum ſigt· qd
vrſo ſile perhibetur ꝓpter patiētiā
laboris et pcitatem victus· Nā pro
pulmento ſale vtebaē et cardomo
mo· ſed aſſimilatur vrſo non in to
to ſ; ī pte· qm̄ ↄtra ꝓplm dei nichil
crudeliter egit· tres autem ordies
dentium habuit.i.a principio tria
regna· ſciz pſarum· medorum· et
chaldeorum· Vel tres dentium ordi
nes tres principes ſuper· cxx· ſatrā
pas habebat Quādoqꝫ vero dētes
ſōpniati vt dicūt ↄmuniter referū
tur ad ↄſanguineorū ſōpniātis va
rietatē · Nam duo dentes anterio
res ſignificant filios parētes ſeu
fratres aut magis proximos de cō
ſanguineis· Qui vero ſequūtur an
teriores q̄tuor cōſobrinos et remoti
ores cognatos Caninus dēs firma
mētū domus ſignificat et generis
hominū· Molares vero ſignificāt
pueros· et ſuperiores quidē maſcu
los· inferiores vero femininū ſexū
Paſſiōes ergo dentiū ſōpniate ad
ipſorū conſanguineorum referunē
aduerſitatem· Nam ſi quis intuit⁹
per ſōpniū fuerit aliquos de anteri
oribus dentibus moueri ac demigra
ri aut ſcaturic̄ vrmibus· ſigt q̄ ali
quis ex hijs quos diximus per āte
riores dētes ſignificari egrotabit ·
et ſi aliquē illorū dētium viderit ce
cidiſſe morietur ꝓpinquior de linea
ↄſanguinitatis. Si vero aliquez de
dētibus qui ſequuntur anteriores
viderit motū foꝛe aut ↄfractū aut
aliq̄d paſſum· cladem ſigt alicuius
cognatorum predictorum· Si vero
erutus videatur portendit mortez
Si vero caninū dentez quis viderit
confractum maior domus vel gene
ris eius periclitabitur· Si autem vi
derit eum demigrari vel vacillare e
grotabit ille et tribulabitur· Jtez ſi
videat q̄ caninus dens elongatus
fuerit intantum q̄ impediat come
ſtionem et os claudere · maior do
mus ſue et generis erit impedimē
tum cunctis et prohibitio· ſed tam̄
ſuſcipiet correptionem cum dentis
exceſſus habentis radicem facile
poſſit coequari· hec dicunt ſompni
orum intepretes· ſed ego intepreta
tionibus talibus cōmunium ſōpni
orum fidem eſſe ponēdam non exi
ſtimo· quia nulla ratio michi claret
quare huiuſmoi ſōpniorum ymagi
nes humanarum rerū euētus tales
regulariter conſequantur· Secus
autem de illis ſompnijs ſentio · q̄
diuina ſcptura refert · quia homi
nibus ad eruditionem ipſorum a
deo illa eſſe immiſſa nulli venire de
bet in dubium criſtiano· Vn̄ Job
triceſimo tercio· Per ſompniū in
viſione nocturna quādo irruit ſo
por ſuper homines et dormiunt in
lectulo· tunc aperit aures virorū
et erudiens eos inſtruit diſciplina
Jtem temptat dyabolus homines
multipliciter fraudulenter et inſtā
ter· qd oſtenditur Apocalipſis du
odecimo ·vbi dicitur· Ecce draco
magnus rufus habens capita ſep
tem· et cornua decem· et in capiti
bus eius ſeptem dyademata · et
cauda eius trahebat terciam par
tem ſtellarum celi et miſit eas ī ter
ram· et draco ſtetit ante mulierē
que erat paritura· vt cum peperiſ
ſet filium eius deuoraret· Jſte dra
co dyabolus eſt latenter animab⁹

hominum inſidians· Ipſe enim di
citur leo vbi aperte ſeuit· ſed draco
vbi occulte decipit · ideo duo ſunt
contra eum neceſſaria· patientia co
tra ſeuitiam leonis· et prudentia
contra fallaciam draconis· et per
iſta duo ſancti illudunt ei · Ps ·
draco iſte quem formaſti ad illude
dum ei· Dicitur autem magnus pro
ter poteſtatem nocendi precipue
quã habebit in fine Job·xli· Non
eſt poteſtas ſuper terram que com
paretur ei· Rurſus dicitur propter
maliciã qua ſanguinem et mortẽ
hominis ab inicio ſitiuit Johã·viii·
Ille homicida erat ab inicio· Dicit
autem habere ſeptem capita inquã
tum ſuggerit et mouet ad ſeptem
capitalia vitia· Dicitur etiam habe
re cornua decem· inquantum indu
cit ad contemptum et trãſgreſſio
nem decalogi.i.decem preceptorũ le
gis diuine· Et in capitibus ei9 ſep
tem dyademata propter ſeptiformẽ
temptationem. per quã victores e
ius coronantur· Sũt enim vt dicit
Bernardus ſeptem genera temp
tationũ· Prima eſt iportuna que
procaciter inſiſtit· vt ſaltem vicat
Job·xiiii· Mons cadens defluit et
ſaxum tranſfertur de loco ſuo· la
pides excauant aque· et alluuione
terra paulatim conſumitur· Secun
da eſt dubia que animũ ambigui
tatis nubibus inuoluit Job viceſi
mo· Cogitationes mee varie ſucce
dunt ſibi· et mens in diuerſa rapi
tur· Tercia eſt ſubita que iudiciũ
rationis preuenit Trenorum terci
o· Velociores fuerunt perſecutores
mei auibus celi· Quarta eſt occul
ta que deliberationis conſiderati
onem preterfugit · Vnde Job deci
mo tercio· Quantas habeo iniqui
tates et peccata· ſcelerã mea atq3 de
licta oſtende michi Job quadrage
ſimo primo· Quis reuelauit faciẽ
indumenti eius· et in medium oris
eius quis intrabit? portas vultus
ei9 quis aperiet? .i. quis aperiet oc
cultas eius cogitationes· Quinta
eſt violenta que vires anime ſiue
mentis tranſcendit Job triceſimo
Quaſi rupto muro et aperta ianu
a irruerunt ſup me et ad meas mi
ſerias deuoluti ſunt· Sexta eſt frau
dulenta que animam ſeducit Pro
uerbiorum decimo quarto· Eſt via
que videtur homini recta · nouiſ
ſima autẽ eius ducunt ad mortem
Septima eſt perplexa que varijs
vitijs ſimul impedit Job ·xxxix ·
Procul odoratur bellũ exhortatio
nem ducum et vlulatum exercitus
Sequitur· quod cauda eius.i. finalis i
tentio eius · vel ſimulata deceptio
quo malitiam tegit ſicut cauda te
git turpitudinem Yſa·ix· Prophe
ta loquens mendacium ipſe ẽ cau
da · trahens terciã partẽ ſtellarũ
.i. reprobos qui nec ſunt de parte i
nocentium· nec de numero penitẽ
tium· ſunt tamẽ de numero ſtella
rũ propter lucem.i. cognitionem fidei
quam habent ſaltem informẽ· Et
miſit eos tractos et allectos in terrã
.i. in amorem terrenorum· vt plus
ea quam celeſtia diligant Sequitur· quod
draco id eſt ipſe dyabolus ſtetit ſcilicet
inceſſanter inſidiando· ante mulie
rem id eſt animam ·que erat pitu
ra id eſt opere ipletura conceptuũ
propoſiti boni· Cum enim grauida ſit
anima in conceptu boni propoſiti ſta
tim in partu inſurgit dyabolus vt i
pediat partum

## Capitulũ·xxxiiii·

Vita hominis ſpūalis aſſimila
tur illi ſtatue quaꝫ ſōpnia
uit nabuchodonoſor· de q̄
dicitur Dan· ij·· Tu rex videbas ⁊
ecce quaſi ſtatua vna grandis· ſta
tua illa magna· ⁊ ſtatua ſublimis
ſtabat contra te· et intuitus eius
erāt terribilis· huius ſtatue caput
ex auro optimo erat· pectus auteꝫ
et brachia de argento· Porro ven
ter et femora ex ere· tibie autē fer
ree· pedum autem quedam pars e
rat ferrea et quedā fictil̄ Videbas
ita donec abſciſus ē lapis de mō
te ſine maīb9· ⁊ percuſſit ſtatuaꝫ in
pedib9 eius ferreis et fictilib9 et ꝯ
minuit eos · tūc ꝯtrita ſunt parit̄
ferrum teſta es argentū et auruꝫ·
et redacte quaſi in favillā eſtiue a
ree· ⁊ rapta ſunt a vento nullusq̄
locus inuentus eſt eis· Lapis autē
qui percuſſerat ſtatuā factus ē mōs
magnus et repleuit vniuerſam t̄
ram. hoc eſt ſompnium In hoc ſōp
nio ſatis deſcribitur humane vite
ſpiritualis varietas· Primo quan
tum ad dignitatem conditionis·
ecce ſtatua grandis ⁊c̄ Secūdo qn̄
tum ad facilitatem corruptionis hu
ius ſtatue· caput ⁊c̄ Tercio qn̄tuꝫ
ad difficultatem repationis· vide
bas ita donec abſciſus eſt lapis ⁊c̄
Dignitas conditionis deſcribitur·
quia ſtatua hec erat grandis ſubli
mis et terribilis· Sic vita ſpiritua
lis hominis iuſti eſt grandis p fidē
Heb· xi· Fide moyſes grandis fcūs
et cetera· eſt ſublimis p ſpem Da
nielis· iiij· Proceritas ſiue ſublimi
tas eius contingens celum ſcilicet
per ſpem celeſtium· ſed eſt terribi
lis hoſtibus p caritatem Cant· vi
Terribilis vt caſtrorum acies ordi
nata· Ordinantur enim caſtra vir
tutum per caritatem Caticorum ſe
cūdo· Ordinauit in me cāritateꝫ
Vl̄ grandis in actiua· ſublimis in
contemplatiua· terribilis in aduer
ſariorum pugna· quā ſcꝫ habet in
vtraq̄ vita· vel magna eſt eius cor
rectio· ſblimis eius reparatio terri
bilis eſt eius pditio ſiue dampna
tio· ergo magtudo ſtatue in conſi
deratione culpe· ſblimitas in conſi
ratione gratie· terror in conſidera
tione pene· ſed ſequitur· Stabat ꝯ
tra te Hec ſtatua tunc ſtat ꝯtra hō
minem· quando feditatem · infir
mitatem· et calamitatem mentis
intuetur· et qualis ſit et qualis eē
poſſit ex hoc ei oſtenditur Pſalmi
ſta· Arguam te et ſtatuam contra
faciem tuam · Secundo deſcribit̄
vite ſpiritualis corruptio id eſt ca
ſus mentis a ſublimitate virtutuꝫ
ad yma vitiorum· cuꝫ dicit· Caput
huius ſtatue ex auro ⁊c̄· vbi oſtē
ditur· q̄ huius ſtatue prima pars
erat aurea· ſecunda argentea· ter
cia erea· quāta ferrea· quita teſte
a· paulatim in deterius ſit deſcen
ſus· quia nemo repente ſit turpiſſi
mus· ſed gradatim deficiendo · q̄a
qui minima negligit paulatim de
ficit vel defluit· In auro ergo ſigni
ficatur caritas· que ceteras virtu
tes ſupgreditur· ſicut aurū ceteris
metallis antefertur· In argento
vītas· quia āgentum quo frequē
tiori vſu atterit̄ · eo vtiq̄ clari9 red
ditur· Sic veritas vehementi diſcu
ſſione quo magis eo melius cōmē
dat̄· ſic et vītatis conſilia expiēti
e vſu quo triciora ſūt eo clāiora ·
caritatis ēgo claritateꝫ fulgor auri
exprimit· que celeſtis deſiderij ig
ne flammeſcit· In ere ſimulatio· es
enim argentum imitatur in ſono·
ſed tamen multum diſtant in pre
cio Sic ſimulatio ſuauem dulcedis

tantuꝫ habet in ſermone · et ſuaui
ter roboat ⁊ dulciter reſultat i ore ·
ſed quãtum ꝑ verbũ et exercitium
demulcet exteri⁹ · tantũ ꝑ conſiliuꝫ
et deſideriũ pallet ĩtrinſec⁹ In fer
ro crudelitas · Ferrum enim cetera
metalla dminuit et domat Vnde ꝯ
uenient crudelitatis violentiã deſi
gnat · q̃ reſiſtẽtia queqꝫ premit vt
opprimat · In teſta fictili fragilitas
Fictile em̃ de facili frangitur · ⁊ ide
o per eã recte impatiẽtie fragilitas
deſignatur · Illi ergo habẽt caput
aureum qui incipiũt a feruẽti cari
tate · vt q̃ ſunt ſpũ feruentes i tri
bulatione patientes · ⁊ ſolliciti in o
pere · aſſidui in lectiõe · deuoti i ora
tione · Caritas em̃ patiẽs benigna
ẽ nõ inflat · nõ emulat · nõ q̃rit q̃ ſua
ſũt alĩ · Sed tales aliquãdo ex auro
in argentuꝫ mutãtur · quia refrige
ſcente caritate operãt ex veritate
ſiue bona deliberatiõe · ſed multuꝫ
int eſt int vtrũqꝫ ſtatũ · quia aliud
ẽ opari bonũ ex deſiderio · alid ex ꝯ
ſilio · aliud operari cuꝫ magna dele
ctatione · aliud ex ſola deliberatiõe
Hec ꝯditio adhuc eſt bona ſcꝫ operã
ri ex veritate · ſecũdũ illud Io · iij ·
Qui facit veritatem venit ad lucẽ ·
ſed prima erat optima ſcꝫ operari
ex feruẽti caritate Apoca · ij · Scio
opera tua et laborem et patientiaꝫ
tuaꝫ · ſed habeo aduerſũ te pauca
quia caritatem priſtinam reliq̃ſti ·
age ergo penitentiam ⁊ p̃ma opera
fac · Sed adhuc mens negligẽtior
facta ex argento mutatur in es ·
quia ſcilicet bonum opus qd facie
bat ex veritate · ad laudem hominũ
reſolutus poſtmodum actitat pro
humano fauore Qui igitur blandũ
ſe exhibet in ſermone · benignum
in facie · ſed peruerſum in opere ⁊
voluntate · Iſte ꝑfectio abiecto ar

gento iam operat in ere · Eris enĩ ꝙ
more ſuauiter tinnit extrinſecus · ſꝫ
voluntatis deprauatione palleſcit ĩ
trinſecus · Tali dicit Apocalipſ · iij
Scio opa tua · quia nomen habes
ꝙ viuas et mortuus es · Sed deteri
or eſt mutatio tercia · quia ex ere
mutat in ferrũ · Intdum enim dũ
ficti hominis ignominia reuelatur
incipit ſordeſcẽ et vileſcẽ a quib⁹
antea laudabatur · Et tunc contra
eos deſpectus iraſcitur et indigna
tur et deteſtat eos aliquando · et ĩ
eo qd poteſt crudelit perſequitur ·
quibus quantuꝫ poterat antea pla
cere conabatur · et ſic es in ferruꝫ
mutatur id eſt leuitas ĩ crudelita
tem conuertitur et mutatur · Seq̃
tur quãta mutatio ſeu coniunctio
ferri et teſte · quia ſicut ſunt prõp
ti et audaces ad mala inferenda ·
ſic poſt illa ſunt puſillanimes ⁊ im
patientes ad toleranduꝫ illata · vt
recte mirari poſſis quomodo cõue
nire poſſit ferrum cum teſta · id eſt
tanta crudelitas cum tanta impati
entia · Ecce ſtatua noſtra in qualẽ
fineꝫ deſinit · quia poſt caput aure
um plantas fictiles accipit Treno
rum quarto · Filij ſion incliti amic
ti auro primo quomodo reputati
ſunt in vaſa teſtea Sic ergo patet
ꝙ in capite aureo ĩtelligitur deuo
tio · in membris argenteis diſcreti
o · in ereis ſimulatio · in ferreis indi
gnatio · Item nota ꝙ in capite in
telligitur intentio · qua totuꝫ op⁹
in bonum vel in malum fineꝫ dedu
citur · quia totum corp⁹ capite re
gitur · In pectore vero conſilium ·
quia ibi cor latet · in brachijs ope
ra · in ventre obſequium compaſſio
nis · quia venter eſt tenerior pars
corporis et velamentum fetoris · in
femore huilitas q̃ ad vilia et ĩdigñ

inclinatur. Femur enim pudē dis ſbi
citur. in tibijs rigor ſeueritatis. q̃a
tibie ceteris membris oſſa longio
ra et robuſtiora portāt. p pedes ne
ceſſitas vite. Pedes em̄ terram tā
gūt. et quātumcunq; mēs ſe ad ce
leſtia extendat. ſine huius vite ſb
ſidijs neceſſitatē ſuam n̄ ſuſtentat.
Ergo patet q per caput itelligit̄ i
tentio. per pectus deliberatio. per
brachium exercitatio. p ventrem
compaſſio. p femur humilitas. p
tibiā ſeueritas. p pedem neceſſitas
Vl' p caput deſiderium intentiōis.
p pectus ſtudium deliberatiōis. p
brachium exercitium actionis. per
ventrem obſequium pietatis. per
femur ſeruitium ſubiectionis. per
tibiam flagellum ſeueritatis. p pe
dem ſbſidium neceſſitatis. Si ergo
caput intentio et aurū deuotio. q̃d
aliud eſt aureum caput niſi deuota
intentio? Si pectus deliberatio. bra
chium actio. argentum diſcretio.
q̃d aliud eſt pectus et brachia argē
tea q̃ꝫ ꝯſilia et opera diſcreta? et ſi
ī ventre compaſſio. femore ſbiecti
o. in ere ſimulatio. q̃d aliud eſt vē
ter et femora erea niſi pietas et hu
militas ficta? et ſi per tibiam ſeue
ritas. p ferrum crudelitas. q̃d alid
ī tibijs ferreis niſi ſeueritas crude
lis? et ſi pes neceſſitatem. teſta vo
luptatem. q̃d planta teſtea niſi ſu
perfluitas voluptuoſa? pes ex pte
teſteus. et ex pte ferreus deſcribi
tur. q; delicata mēs nūc in eorum
odium adducitur. ignisq; reſtrigi
tur. nūc vero cū tempora ſuppetūt
in eorꝫ luxu reſoluitur. Eſt ēgo vt
patꝫ ex dictis fulgor capitis aurei
deuota ītentio celeſtis deſiderij. cla
ritas pectoris et brachij argentei
certitudo recti conſilij ac rectitudo
operis certi. ſonoritas erei ventris ac

femoris blandimentum falſe pieta
tis et ficte humilitatis. robur ferree
tibie rigor immoderate diſcipline.
fragilitas teſtei pedis effrenatio ſu
perfluitatis. Caput itaq; aureum
ſancta deſideria faciunt. pectus et
brachium argentum et conſilia et o
pera recta. ventrem et femur ereū
obſequia et ſeruitia ficta. tibias
ferreas flagella ſeua. plantā teſte
am ſbſidia delicata. Tercio deſcri
bitur deſtructe vite reparatio. Se
pe enim quem non corrigit man9
humana perimit ſententia diuina l'
inſpiratio interna Vn̄ de mōte ab
ſciſus eſt lapis ſine manibus ac per
cuſſit ſtatuam ꝛc̄. Quia feroces et
induratas mentes potius corrigit
inſpiratio diuina quam corrigāt fla
gella humana. Eſt ergo lapis ab
ſciſus ſine manibus timor diuinit9
inſpiratus. in cuius ictu ſtatua dei
citur. i. monſtruoſa vita peccatoris
deſtruitur. Vn̄ percuſſio ſtatue et cō
minutio ꝯpuncti cordis ē contritio
et humiliatio. et in pedibus. i. in i
ferioribus ſtatua ꝯcutitur qn̄ mēs
elata atq; peruerſa p ſpiritum tio
ris dn̄i ad iniquitatis et īfirmitatis
ſue conſiderationem reuerberatur.
et poſtq̃ꝫ ferrum ꝯcutit̄ cetera cōte
runtur. Tūc cōtrita ſūt inq̄t pariter
ferrū. te. es. ar. et. au ꝛc̄. Vnde q;
totius boni fundamentum ē humi
litas. prius erubeſcimus vera ma
la q̃ꝫ ficta bona. nouiſſime etiam ve
ra bona cum ſint imperfecta et ꝯ
ſummata. In ferri itaq; contritiōe
dampnamus mala que per iniqui
tatem commiſimus. in teſta autem
illa que per infirmitatem contraxi
mus Eris autem contritio eſt ſimu
lati boni reprobatio. in argenteis
membris hoc diſplicet. non q ſint
bona. ſed q non ſunt optima. In

auteó autem opere ſolum hoc eſt ĩ-
prehenſibile. q optimi operis icho-
atio vſq ad debiti finis terminum
non perducitur. In argenti itaq cõ-
tritione boni operis imperfectio. i
auri vero confractiõe arguitur op-
timi operis intermiſſio. Sequitur.
et redacta quaſi i favillã eſtiue aree.
Per eſtiuum tempus fervor ſpiri-
tus. per aream ſpiritualis prudenti-
a ſignificatur. faville nigredo vere-
cundie eſt confuſio. Has favillas
adhuc in conſcientia toleramus.
quociens de preteritis culpis confuſi
vel ſuſpecti ſumus. Unde pec-
cata in favillam vertuntur. quia
erubeſcimus in quibus delectari cõ-
ſuevimus Sed flante vento faville
tolluntur. cum per ſpiritus ſancti
aſpirationem reatus noſtri formi-
do omnis atq ſuſpicio abſorbetur
Pſalmiſta. Proieciſti poſt tergum
tuum omnia peccata mea. Sic pec-
cata prophete erant in favillam re-
dacta quando dicebat Tota die ve-
recundia mea contra me eſt. et cõ-
fuſio faciei mee cooperuit me. ſed
quaſi a vento rapta cum dicebat.
regraciando et exultando. Bene-
dic anima mea domino et omnia
que intra me ſunt nomini ſancto e-
ius. Sed raptis favillis nullus eis
locus invenitur. quia poſt impetra-
tam veniam mens contra ſimilium
corruptionum detrimenta inſupa-
bilis redditur. quia ad ſimilem cor-
ruptelam nec ſenſus decipi. nec af-
fectus poteſt corrumpi. Sed nota q
lapis comminuens ſtatuam creſcit
in montem magnum et eminentem.
quia caritas per augmenta profici-
ens elevat ad confidentie immen-
ſitatem. de qua dicitur in Pſ. Qui
confidunt in domino ſicut mons
ſyon etc. Item vite ſpiritualis vari-
etas deſcribitur in illa arbore quã
ſompniavit idem nabuchodonoſor.
de qua dicitur Dan. iiij. Videbam et
ecce arbor i medio terre. et latitu-
do eius nimia. magna arbor et for-
tis. et proceritas eius contingens
celum. aſpectus eius erat vſq ad
terminos vniverſe terre. folia eius
pulcherrima. et fructus eius nimi-
us. et eſca vniverſorum in ea. ſub-
ter eam habitabant animalia et be-
ſtie. et in ramis eius converſabã-
tur volucres celi. et ex ea veſceba-
tur omnis caro. Videbam in viſio-
ne capitis mei ſuper ſtratum meũ.
et ecce vigil et ſanctus de celo de-
ſcendit et clamavit fortiter. et ſic
ait. Succidite arborem et precidite
ramos eius. et excutite folia eius.
et diſpergite fructus eius. et fugi-
ant beſtie que ſubter eam ſunt. et
volucres de ramis eius Veruntamẽ
germen radicum eius in terra ſini-
te. et alligent vinculo ferreo et ereo
in herbis que foris ſunt. et rore ce-
li tingatur. et cum feris pars eius
in herba terre. Cor eius ab huma-
no commutetur. et cor fere detur ei.
et ſeptem tempora mutentur ſuper eum
In ſententia vigilũ decretũ eſt et
ſermo ſanctorum et petitio donec
cognoſcãt viventes quoniam dominatur
excelſus in regno hominum. et cuicũq
voluerit dabit illud et humillimum
hominẽ conſtituet ſuper eum Hoc
ſompniũ vidi ego nabuchodonoſor
Deſcribitur i ſompnio hoc vita ſpũal'
tripliciter. Primo quãtum ad ſtatũ
gratie. Ecce arbor etc. Secundo quãtũ
ad lapſũ culpe. Et ecce vigil etc. Tercio quãtũ ad remedium pene. Ve-
runtamen germẽ etc. Quantum ergo ad
primũ nota q hec arbor magna eſt
anima exiſtẽs i gratia. et ipſa magnitudo ã
bonis ẽ immẽſũ robur virtutis. magna

arbor eſt · qui fortia opera facit In
medio q̄ꝫ terre · quia intima bona
deſiderat · altitudo nimia qꝛ de ſubli
mibus ſubtiliter ſentit · Hec eſt ar
bor magna ad bona agenda · fortis
ad mala toleranda · procera ad ſub
limia contemplanda · Vnde proceri
tas eius celum tangebat · quia in
ueſtigationis eius ſubtilitas celeſti
a penetrabat · magna ergo in acti
onibus · fortis ī tribulationibus ·
ſublimis ī īueſtigationibus · vel alti
tudo nimia inueſtigatio eſt p̄ſūp
tuoſa que ē cauſa ſuccīſionis · aſpe
ctus eius .i. fāme ſeu nominis cele
britas vſq̄ꝫ ad terminos vniuerſe t̄
re vt a bonis diligatur · et a malis
timeatur · Ergo in arbore notatur
virtus .i. aſpectu virtutis noticia ·
vl̄ aſpectus vſq̄ꝫ ad terminos vni
uerſe terre patꝫ · quādo ꝓprie vir
tutis experientia · nec in magnis
nec in minimis latet · folia eiꝰ pul
cherrima et fructus eius nimius · i
foliꝭ verba · in fructu ſcientia · in e
ſu doctrina · nam eſca vniuerſoꝝ
in ea Folia itaq̄ꝫ pulcherrima ſunt
verba diſcreta · Fructus copioſus
ſenſus eruditus multiplex ītellcūs
Eſca vniuerſoꝝ plena eruditio ōni
um diſcreta admonitio ſingulorū
Foliꝭ enī fructus veſtitur · et verb̄
compoſitis ſententia ornatur · Fru
ctus bonus ſapit et paſcit · et ſcienti
a ſpiritualis per ſacram admoniti
onem ſuauiter reficit · foliꝭ habū
dabat Iob dicens Qui me inquit
audiebant exſpecta̅ ⁊c̄ · Fructu āt
ſapiens ille qui dicebat · Michi āt
dedit oīm que ſunt ſcientiā ⁊c̄ · Sa
piē · vii · Eſcam vniuerſis dabat q̄
dicebat grecis ac barbaris ſapien
tibus et inſipientibus debitor ſum
Ro. i. · Vel eſt fructus nimiꝰ ſciētia
curioſa Ecc̄i · iii · In rebus ſupuacu

is noli ſcrutari multipliciter · ſubter
eam habitabāt animalia et beſtie
⁊c̄ · Per animalia intellige mentes
voluptati deditas · Per beſtias mē
tes iracūdas · Per volucres accipe
ſpūales bonoꝝ ſtudiorum et ſancto
rū deſideriorū alis ad celeſtia volā
tes · ſubter eam ergo habitabant
animalia et beſtie eo qꝫ huiuſmodi
mētes per ꝯcupiſcentiam et iracun
diam diſſolute iuſte quidem premi
debent rigore diſcipline · Sed in ra
mis ſuperioribus conuerſabantur
volucres celi · eo qꝫ viri contempla
tiui et celeſtibus deſiderijs accenſi
merito debeant et auctoritate erigi
et digno honore ſublimari · et ex il
la veſcebatur omnis caro · Ex illo
omnis caro veſcitur · cuius v̄tutū
exemplo omnes edificantur · cuiꝰ
ꝯſolationibus omnes fouentur · cu
ius beneficijs omnes recreantur ·
cuius conſilijs omnes roborantur
et doctrina reficiuntur Vel per vo
lucres intelliguntur ſubtiles cogita
tiones · per animalia et beſtias car
nales affectiones · per arborem ergo
vt dictum eſt accipimus robur for
titudinis · per ramos opera et exer
citia virtutis · ex quibus ramis me
ritorum bonorum fructus tempore
ſuo colligimus · ramn ergo volatili
a celi ſuſcipiunt · quia ſcilicet bona
opera ad ſublimes cogitationes ꝺdu
cunt · ſed ſubter animalia et beſtie ha
bitant · qꝛ carnis īpetus deorſū pre
munt Apoꝰ. i. Cori · ix · Caſtigo cor
pꝰ meū et in ſeruitutem redigo ne
forte cū alii · p̄ · ip̄e · repro · effi · Dn̄t
ergo aues ꝓ tp̄e ad celeſtia eleua
ri · et in eternorū ꝯtemplatione ſu
ſpendi · et iterū poſt ſublimes vola
tus ad arboris ſue ramos reuerti i
biq̄ꝫ īmorari · cogitatiōes cordis ad
morū operumq̄ꝫ ſuorū ꝯſiderationē

frequēt̄ inuocare· ⁊ eorū circūſpecti
oni frequentius īſiſtere ·Sc̄do agit̄
de vita ſpūali quantū ad lapſū cul
pe cum dicitur Ecce vigil.i.angel9
Angeli em̄ vigiles ſūt· quia ad no
ſtram cuſtodiam ⁊ ꝓtectionem im
pigre inſiſtunt ·quibus ſompnus
erroris et obliuionis circa noſtraꝫ
cuſtodiam nunq̄ꝫ ſubrepit Et ſc̄us
vt intelligatur angelus bonus nō
mal9 de celo deſcēdit·quia hmōi ſē
tentiaꝫ de celo cognouit· et in t̄ra
diſpoſuit· Hoc em̄ eſt āgelos de ce
lo deſcendere qd̄ in ſūmis diſcūt ī
terra diſponere· Et cla. for· et ſic
ait· p̄c· ar· Boni āgeli bona per ſe
ipſos faciūt· mala autem per ma
los fieri ꝑmittunt· Vnde angelus
hic· q̄ꝛ rectitudinis ſtatū ſubuertē
malū eſſe cognouit· arborem preci
dere noluit· Verūptamē quia hoc
omnius meritū vel vniuerſitatis bo
num exigere cognouit fieri permi
ſit· Vn̄ q̄ꝫ dicit arborem precidite·
permiſſionē intellige non precepti
onem Vnde non eſt per hoc ſpiriti
bus malis obedientia iuncta·ſed
licentia indulta· Et dicitur q̄ꝫ forti
ter clamauit· vt notētur diſtātia i
ter voluntatem ſiue intentionem
ſpūs boi et mali · q̄ꝛ nos fortit̄ cla
mam9 cū longe poſitis aliq̄d inno
teſcere volumus· Sed ex hiis acci
pe· q̄ꝛ non poſſunt nos mali angeli
pro ſua voluntate niſi accepta lic̄e
tia qua ꝑmittātur perturbare · ali
as autē nemo poſſet eoꝝ impetuꝫ
tolerare· Nam arborē ſuccidere po
tuiſſent et voluiſſent· ⁊ tamē non
niſi permiſſi ſucciderunt· q̄ꝛ ſine dei
permiſſiōe nil faciunt· Sed niſi ar
bor iſta nimis alta fuiſſet· ⁊ de ſua
virtute intumuiſſet ſētentiaꝫ ſucci
ſionis non accepiſſet· Arbor itaq̄ꝫ
ſuccidit̄ quando conſtantie vir

tus temptatioībus paulatim atte
nuatur· tandemq̄ꝫ ſūditus tollitur
Ps̄· Dereliquit me virtus mea Succi
ſa arbore rami preciduntur · quia
v̄tute animi deficiente bona opera
paulatim ſubtrahuntur· Arbor ſuc
ciditur et rami preciduntur· quan
do virtus in occulto· et virtutis o
pus deficit in aperto· Prius igitur
ſubtrahitur virtus animi· poſtmo
dum autem ſubtrahitur etiam fa
cultas et occaſio bene operandi ·
Et ſucciſa arbore ·arboris ramiſq̄ꝫ
preciſis folia excutiuntur· fructuſq̄ꝫ
diſpergitur· quia deficiente virtu
tum propoſito et virtutum exerci
tio· prius gratia bene loquēdi tol
litur· tandem etiam gratia recte i
telligendi ſubtrahitur · Et recte
poſtq̄ꝫ deficit ſtudium bone operati
ōis ſubtrahitur facundia ſermōis·
quia ſcādalizare magis q̄ꝫ edificar̄e
audiētes p̄t ōis caſtigatio vl̄ exhor
tatio depꝛauati predicatoris· Foliorū
ergo gratia excutitur· quando ex
ſuſpitione infami prius habita fa
cundia loquēdi vel autoritas amit
titur Fructus diſpergitur quando
eius doctrina ꝯtempnitur· que q̄ꝫ
uis per ſenſus conſilii vtilis forſitā
videatur· per prauum tamen vite
exempluꝫ facile conculcatur· Fru
ctus diſpergitur· quando importu
na variarum concupiſcentiarum i
incurſione ſtudiū meditatiōis diſſi
patur· ⁊ ſubtilitas inueſtigandiq̄ꝫ
facultas cogitationum euagatiōe
confunditur· Sequitur· fugiant be
ſtie que ſub ea ſunt· Hoc fit quan
do amiſſis virtutum ramis et fru
ctu conſilii et honeſtate vite· et au
ctoritate doctrine ſubiecti eius ip
ſius obedientiam detractant · et
carnales quiq̄ꝫ eius magiſterium
contempnunt· volucres quoq̄ꝫ celi

de ramis eius fugiunt. quia etiam
ſpūales viri conſortium eius decli
nant et infamiam horreſcunt Pſ.
Elongaſti a me amicū et proximū
et notos meos a miſeria. Vel ſub eā
habitantes beſtie fugiunt cum vi
gore animi temptationibus exhau
ſto iam non valet mens carnales
impetus cohibere. vel quelibet ir
rationabilia deſideria ſub rationis
magiſterio coercere Auiumquoq;
habitationē amittit9 cū ſublimium
inueſtigationum iocunda ſpectacu
la fantaſmatum occurſione turba
ti exercere non valemus. Vel in ra
mis ſuis inhabitantes volucres ce
li arbor amittit. cum meditatioēs
ſuas circa aſſuetam morum ſuorū
circumſpectionem exercere iā ne
quit. Contubernia talium volucrū
nos amiſiſſe ſepius dolemus. cum
cogitationes noſtras ab inepta e
uagatione reſtrīgere non valem9
medicum oportet attendere· tam
corporalē qȝ ſuo modo etiam ſpūa
lem Primum itaqȝ ſignum eſt for
titudo infirmi morbum facile tole
rantis· et hoc eſt ſignum bonum·
Contrarium aūt ſignuz eſt debili
tas ſuum morbum pati nequeūtis
Spiritualit autem īfirmat qui tēp
tatur·morit autem qui deſperat.
Licet igit q̄s peccet: ſi tamē adeo
fortis remanet: vt a bono ope nō
ceſſet. ſignuz eſt boni talis fortitu
do infirmi· Si autem adeo fuerit e
gri animus debilis vt ceſſet ab effe
ctu bone opationis· ſignuz eſt mor
tis id eſt future dampnationis Se
cundum ſignum bonuz eſt leuitas
infirmi facile ſe mouentis·Contra
riū autē eſt grauitas infirmi iner
tem motū habentis·Cū enim hō in
terior aliq̄ tēptatiōe afficit· et adeo
leuis eſt vt facilit cōuertat: repari
de ſalutis ſpes indicat·Si vero tā
ta eſt grauitas infirmi·vt obſtina
tus a peccato nequeat cōuerti·ſignū
finis eſt mali Tercium eſt effigies
mēbroꝝ que eſt ſibi ſano ſimilis.
Contrarium vero eſt effigies ſano
diſſimilis Hec effigies eſt in interi
ori homine cōpoſitio morum et men
tis Exterius vero diſtributio actio
num· Que eſt ſibi ſano ſimilis·qȝ
diu actiones ſequūtur tpamentuz
religioſe mentis·Tūc vero nō eſt
ſibi ſano ſimilis: qn̄ variatur p ope
ra perverſitatis· Quartum eſt ſani
tas mentis et facilis appetitus·Op
poſitum eius eſt pturbatio mentis
et difficilis appetitus. Sane mētis eē
dicitur qui a rectitudine conſilij nō
alienatur Facile vero cibum appe
tit. qui verbum vite qd eſt cibus a
nime libenter audit·Qui vero eſt
turbate mentis et cuius appetitus ē
difficilis ſi verbuz vite non appetit
ſed faſtidiat·neceſſe eſt vt mortez
ppetue dāpnatiōis incurrat ·Qntū
ē ſuauitas ſompni cōgruo tpe facti

infirmum iuuantis. Contrarium
vero eſt eius malitia ſompni nõ ↄ
gruo tẽpore facti infirmũ nocentis
Tẽpe ↄgruo dormit. qui dormit
in nocte.i.qui mentis tranquille ẽ
in aduerſitate.in hac quiete deum
ſõpniat. ⁊ huius ſõpnus infirmũ
iuuat Dormit vero nõ ↄgruo tem
pe.qui dormit in die.i.qui delecta
tur in mũdi pſperitate. Hic enim
ſõpn⁹ q̃to magis placet. tãto ma
gis infirmo nocet. ¶ Sextum eſt
ſuauitas ſpirit⁹. Oppoſitũ ei⁹ ãgu
ſtia ſpirit⁹. Suauitas ſpirit⁹.i.an̄
helit⁹ eſt ſermo ↄſolatori⁹. vt cũ
lenitate peccãtẽ corripiat fratrem
Anguſtia vero ſpirit⁹ eſt ſermo du
r⁹. de quo dicit Eze.xxxiiij. Vos
aũt cum auſteritate ĩpabatis eis
et cũ potẽtia ¶ Septimũ eſt equa
litas puls⁹ naturali ſilẽtis. Con
trariũ vero ei⁹ ĩequalitas pl'alis.
vt mõ ſit magn⁹. mõ paruus. mõ
fortis. mõ debil' Arterie procedũt
a corde. Eq̃litas autẽ pulſus i arte
rijs ẽ ideptitas vite pcedẽs ex aff
ctu cordis. Cũ autẽ mẽs i cõtrariũ
vitium ṽtit'. tũc per diuerſos mot⁹
inequalitas puls⁹ variat. et ſic i
equalitas mẽtis deſignat piculũ
mortis ¶ Octauũ ẽ fortitudo virtu
tis in loco decoctionis. ↄtrariũ ei⁹
debilitas ṽtutis i loco decoctionis
Prim⁹ decoctionis loc⁹ eſt ſtoma
chus. ſecũd⁹ epar. tci⁹ cetera mẽ
bra. Cũ em̄ cib⁹ anime decoquitur
in ſtomacho memorie per recorda
tionẽ. i calore epatis per dilectio
nẽ. in cetẽris mẽbris p operatiõẽ.
tunc fortitudo virtutis ẽ in loco de
coctionis Si vero ſequit debilitas
virtutis ſignũ eſt mortis. ¶ Nonũ
ẽ laudabilis purgatio p ſudorem
Cõtrarium vero eius vituperabi
lis purgatio per ſudorem. Sicut au
tẽ i quolibet infirmo apiũt corpis
pori. vt p ſudorem fiat purgatio
morbi. Sic p cõfeſſionem pcci fit
laudabilis purgatio ai Laudatur
etiam ſudor mediocris. ſi habeatur
in omnib⁹ mẽbris. Cũ em̄ ſudor a
toto corpe exit. omniũ mẽbrorum
fortitudinẽ deſignat qd ẽ ſignũ bõ
nũ. Similiter oportz vt ſudor ↄfeſ
ſionis fiat de pctõ cuiuſlibz opera
tionis. Cũ autẽ ſudor fit tãtũ in q̃
dam pte corpis vt in capite con
tingit ex mẽbrorũ debilitate. Mo
ralit igit p egrũ intellige aim. p
caput ĩtẽtionẽ. per reliquũ corp⁹
actionum ſequẽtiũ diſtributionẽ.
per ſudorem cõfeſſionem. Cum ali
quis igitur intentionem ſuam lau
dat et hoc qd male geſſit conſci⁹
excuſat creditur eẽ vituperabilis
huius purgatio ſudoris. Quia ſu
dor confeſſionis por os non aperit
quos excuſatio clauſos p obſtina
tionẽ ſtrigit. Item nota q dyabo
l⁹ ãplius tẽptat hoiẽ de illo pctõ
ad qd nouit eũ pniorẽ. ſicut guer
rator ĩpugnat caſtrũ ex illa preci
pue parte vbi debili⁹ ẽ. Eze. Dy
abolus mores vniuſc⁹q ↄſpicit cui
i vicio ſit ppinquus. et illa ponit
ante faciem ad que viderit facili⁹
inclinari mentem. Sicut etiam ve
nator ponit laqueos vbi conſueue
runt beſtie frequentare Ps. In vi
a hac qua ambulabam abſconde
runt laqueum michi. Abſcondit e
nim dyabolus peccati penam. et o
ſtendit delectationem. et abſcõdi
tur malum a dyabolo ſicut pedica
ſub folio Job.xxij. Abſcondita ẽ
in terra pedica eius et decipula e
ius ſuper ſemitã Item ſic laq̃us ſb
ligno. ⁊ ſic venenũ ſb morſello ⁊ ha
mus ſb cibo Eccĩ.ix. Sicut piſces
capiũt hamo. ⁊ ſic aues ↄphẽdũt

laqueo . ſic capiuntur homines tē
pore malo Jtem temptat dyabolꝰ
plus fortes ꝗ̄ debiles . q̄a debiles
forte tēptari deus non permittit .
Nam miles non mittit filiū ſuū ad
preliū quando puulus eſt ſed quā
do fortis eſt et poteſt arma ferre .
Jtem rex villas campeſtres impu
gnare dedignatur et mouere exer
cituʒ ↄtra eas . ſed ↄtra fortia caſtrā
Sic dyabolꝰ fortiores īpugnat acri
us . Vnde quando guerrator aliq̄s
vult terram alicuius cape . ꝑmo ī
pugnat ipiꝰ fortius caſtrum . quo
capto tota terra capitur . ꝙ p illd
īpugnat dn̄m caſtri et totam teraʒ
eius Sic dyabolus magis īpugnat
eos qui eminēt in iuſticia ⁊ fama .
vt exemplo eorum alij capiantur .
Vnde .i. Regū dicitur . ꝙ totuʒ poſi
dus plī verſum eſt in ſaul . Et in li
bro Judicū dicitur . ꝙ philiſtei qui
figurant demones acceperunt ſāp
ſonē qui interpretatur ſol eoꝝ id ē
illuminās alios . et erutis ocul mo
lē eū fecerunt .i. peccādo circuire .
Jtem plus tēptat dyabolus peītē
tes ꝗ̄ peccatores non penitentes .
Nam penitentes ſibi rebellant . ſed
peccatores ei obediunt . Sicut rēges
caſtrū ſibi ſubditum vel ſibi ſubdi
tos nō impugnāt . ſed ſibi ↄtrarios
et rebelles . Sic dyabolus ſibi rebel
les magis impugnat Gre . Hoſtis
noſter quāto magis ſibi rebellare
nos ↄſpicit . tanto amplius expug
re ↄtendit Judith . xij . Ego nunꝗ̄
noui virū qui voluit ſeruire nabu
chodonoſor regi babilonis . ꝑplus
autem tuus ſi non contempſiſſet
me : non leuaſſem haſtam meā con
tra eum . Jtem miles vel rex aliq̄s
quando caſtruʒ amiſit mittur ami
cos requirere . et ↄgregat exerci
tum magnum . ſicut fecit pharao
ad perſequendum filios iſrahel fu
gientes ab eo Exod . xiiij . Sic facit
dyabolus ↄtra penitentes Ambro
ſius . Cottidianis experimentis di
dicimus eos qui ↄuerti deliberāt
temptari acrius a concupiſcentia
carnis . et vrgeri grauius in operi
bꝰ luti et lateris qui egyptū egre
di et pharaonem fugere voluerūt
Jdeo dicitur Luce . xj . Cū cum im
mundus ſpiritus exierit ab hoīe
conuerſo . tunc dicit Reuertar i do
mum meam vnde exiui . ⁊ vadit ⁊
aſſumit ſeptem ſpiritus nequioēs
ſe ⁊c̄ . Jſti ſeptem ſpūs ſunt ſeptē
vitia quibus dyabolus obſidet aī
mam quaſi rex cū exercitu ſuo Jn
quo exercitu ſuperbia quaſi vexillū
portat Ps . Poſuerunt ſigna ſua .
Gre . Euidentiſſimū ſignum repro
boꝝ eſt ſuperbia . et electoꝝ humi
litas . quā cū quiſq3 habet in ſe ap
te cognoſcitur ſb quo rege militat
Vnuſquiſq3 em̄ quedā titulū port
opis quo facile dmōſtrāt ſub cuius
poteſtate ſeruiat rectoris Jnuidia
ſagittas trahit detrahendo alijs .
Jhē . ix . Extende rūt linguā ſuā q̄ſi
arcum mēdacij et non veritatis . li
gua eoꝝ dolū locuta eſt . Jra autē
quaſi funda lapides iactat īgerians
īꝑperia .i. Re . xvi . Semey maledi
cebat dauid mittēs lapides aduer
ſus eū . ſ ipſe ꝑus ſe percuſſit in capi
te ꝗ̄ aliū in veſte Eccī . xxvij . Qui
ī aliū mittit lapidē ſuper caput eiꝰ
cadit . Accidia foſſatū euacuat ab
aquis grē Spūs em̄ triſtis exſiccat
oſſa Judith . xij . Holofernes fecit
precludi aqueductum ne veniret ī
ciuitatem cordis ipſum letificans .
Pſalmiſta Fluminis impetus letifi
cat ciuitatem dei . Auaritia foſſata
implet per terrenorum cumulatio
nem Danielis vndecimo . Veniet

rex aquilonis et comportabit ag
gerem ſcz diuitiarũz · ⁊ capiet vr
bes munitiſſimas Multi videntur
captionem ſuam multũz diligere ·
qui non ceſſant foſſatum pauper
tatis implere diuitias congregan
do Eccĩ · viij · Multos pdidit aurũ
et argentum · Luxuria ignẽ cõcu
piſcentie ſuccendit Job · xxxi · J
gnis ẽ vſq ad cõſũptionẽ deuorãs
etc̃ · Gula hunc ignẽ nutrit ⁊ accẽ
dit apponẽdo ligna cibariorũ Re ·
xij · Nabuzardã ſuccẽdit domũ dñi
Pſ · Incenderũt igni ſanctuariũz
tuum · ¶ Item a temptationibus
cito capitur · qui nõ expellit a ſe co
gitationes carnales vel terrenas
affectiones · Non enim diu poteſt
teneri caſtrum vbi nõ ſunt homi
nes fortes ⁊ defenſabiles Vnde cũ
obſidentur caſtra extra mittuntur
paruuli et mulieres · quia non ſũt
vtiles ad bellandum Sic facere de
bes de corde tuo · ne cogitationes
pueriles et affectus molles in tuis
retineas · Mulieres enim ſũt cogi
tationes ⁊ affectiones circa carna
lia verſantes Vñ dicit̃ Naum · iij ·
Ecce populꝰ tuus mulieres in me
dio tui · Paruuli vero caſtri cor
dis ſunt affectiones terrenorum ·
Paruulus enim plus diligit pomũ
ꝙ regnum Pro · i · Vſq quo paruu
li diligitis infantiam et ſtulti ea q̃
ſibi ſunt noxia cupient · Itez no
ta ꝙ temptatus et impugnatus a
dyabolo debet orationi inſiſtere ·
Debet enim petere ſuccurſum a de
o ille qui temptatur ſicut faciunt
obſeſſi ĩ caſtro Vnde viri iabes mi
ſerunt ad ſaul pro ſuccurſu · cũ ob
ſediſſet eos naas ammonites · qui
interpretatur ſerpẽs · ⁊ ſignificat
dyabolum Frequens enim oratio
vitiorum impugnationem extin
guit · Itez tẽptatiõ dyaboli vincit̃
p humilitatem · Rethe enĩ dyaboli
nõ capit piſciculos · i · huiles ad mo
dum ſcz rethium magnorũz piſca
torum · ¶ Itez dyabolus vadit p
mõtes ſupbie · Huiles vero p val
les huilitatis · et ideo eos nõ inue
nit · qꝛ nõ vadũt per viã ſuã Gre ·
Quotidie tela tẽptationum accipi
mꝰ · et nos cõtra illum tela mitti
mꝰ · ſi cõfeſſi tribulationibꝰ humi
lia reſpõdeamꝰ · Vñ huilitas ſicut
dictũ ẽ anthonio · euadit õnes dy
aboli laq̃os · Itẽ nota ꝙ tẽptator
decipit aĩam · ſicut piſcator mure
nulam Nã qꝛ ſerpẽs cũ murenula
coire volẽs eã ſibilo ad ſe vocat · i
deo etiã a piſcatoribꝰ ſibilo vocat̃
et capitur · Sibilus ergo ſerpẽtis
ẽ delectatiõ carnis · Sz ſibilꝰ piſca
toris ei ſimilis eſt ipa temptatiõ
carnis · i q̃ temptator malignꝰ aĩe
ipam carnis delectationẽz ad ima
ginationẽ adducit · ⁊ ſue fraudulẽ
tie ei ſpẽm abſcõdit · qꝛ ad q̃d eaz
deducere finalit̃ debeat tẽptando
nõ oñdit Itẽ nota ꝙ deus pmittit
nõ ſẽp tẽptari vel tribulari hoiez ·
ſed quouſq ſit purgatꝰ ⁊ pbatꝰ ·
ſic pr̃familias nõ dimittit bladũ i
campo et vinum in vinea quouſq
putridum ſit · ſed quouſq ſit matu
rum · Et furnarius non dimittit
panem in furno quouſq ſcilicet c
burat̃ · ſed quouſq decoq̃tur · Sic
deus in temptatione vel tribulatio
ne hominem non omnino dereliu
quit · ſed donec ipe purgetur vl̃ p
betur · ſecũda Petri ſecundo · No
uit dominus pios de temptationẽ
eripere · Item temptationes ve
hementes fatigant et debilitant
animam rationalem · ſicut imbres
pluuiales ante vindemiam debili
tant infirmãt et imbecille reddunt

vindemiatum muſtū Vnde hec fa
tigatio repellenda eſt ab anima ſi
cut debilitas hmōi remouet a mu
ſto. Dicitur enim in libro de vide
mys. ꝙ ſi pluuialibus ꝑtrib9 mul
tis ſuperuenientibus vue in vinea
adhuc exiſtētes. vel poſt vindemi
am amplius ꝙ̃ oportet madefiant
ex neceſſitate ipſas calcabimus.
Et ſi vindemiatum muſtum imbe
cillius eſſe didiceris. qđ quidem
docebit te guſtus. qñ vinū in do
lys mittitur poſt primā ebulitio
nē confeſtim transfundatur in ali
a dolia. Manet em̄ in fundo omne
limoſū ꝓpter grauedinem. et ad
datur vinū aliud ad. x. ſcꝫ metre
tas cotule tres. Quidam aūt me
lius facientes vinum coquūt quo
uſqꝫ vigeſima pars ei9 ꝯſumatur
īmittentes gipſi centeſimā Paula
tim vero eo vſqꝫ ad ignē dimittūt
vinū quouſqꝫ quinta eius cōſuma
tur. et eo poſtea vtūtur. Habes ē
go mltiplex rmediū contra debili
tatum vinū. i. contra laſſatū vl̄ te
pefactū ex temptationib9 animū
Pmo per tranſuaſationē. i. occupa
tionem. quia varietas operis tedi
um tollit. Secundo per decoctioēꝫ
.i. ſcientie medicationē. q̃ inflāma
t in nob ignis amoris Ps. In me
ditatione mea exardeſcet ignis.
Item per gipſi imiſſionē. i. p ſacre
doctrine ſtudiū. qꝛ ſicꝫ mediāte gip
ſo ſcriptura iprimitur tabule. ſic
mediante ſtudio ſcripture doctri
na iprimitur aīe. Item per vini ꝯ
ſuptionem. Nam ignis cui vas cor
dis adherere debet eſt cōſideratio
paſſionis criſti. Ibi em̄ ignis diui
ni amoris maxīe exarſit. et ideo te
pida corda et frigida maxīe calefā
cit Ps. Ignis a facie eius exarſit
Et hic ignis omnem accidiā conſu

mit. et aīe nouas vires addit. I
tē temptationis languor repellit.
ſicut languor perſici. Dicunt enim
ſapientes de agricultura periti. ꝙ
ſi perſicus languere icipiat vangā
dus eſt et inde ſtercorandus. Et di
cit Palla. ꝙ ſtercoriſatio eius me
lior eſt ex fecib9 vini. qa talis ſter
coriſatio valꝫ etiam ꝯtra pruinas
Aly etiam dicunt. ꝙ melior ē ſter
coriſatio ſi irrigetur cuꝫ aq̄ decocti
onis fabarum Similiter ſi homo lā
guere incipiat ex temptatioē luxu
rie. oportet ꝙ vangetur. i. aliquo
laborioſo ope. vel obedientie onē
exercitetur Vel quaſi vanga terraꝫ
ſcindens eſt pnīa carnē affligens.
per quā languor tēptatiōis luxurie
optime repellitur a carne. Si autē
languet ex temptatione ſuperbie
tunc debet ſtercoriſari. Homo au
tē ſuperbus tunc ſtercoriſatur qñ
ei ſuus defect9 et vilitas ad memo
riam reuocatur. Ad hoc etiā valet
aqua decoctiōis fabaꝝ. Quid em̄
ſunt fabe ñ honores et dignitates
mūdane. q̄ vero ſuperbie implent
mentē. ſicut fabe ventreꝫ. ſed iſte
fabe aqua decoquuntur. qꝛ ſcilicꝫ
in dignitatibus et honorib9 poſiti
multiplici tribulatione replentur
Vnde irrigatio huius aque. i. conſi
deratio tribulationis et inquietudi
nis dignitatis et poteſtatis mūda
ne expellit languorem perſici. id ē
ambitionem et appetitum dominiꝫ
Sed ſi animus languet ex tempta
tione auaritie ſtercoriſetur ex feci
bus vini. Quid enim ſunt feces vi
ni niſi impuritates et vilitates mū
di. quas dum animus prudenter
attendit ea que mundi ſunt velut
ſtercora contempnit. ſecundum il
lud Colloceñ. iij. Omnia detrimen
tum feci et arbitror vt ſtercora.

¶ Capitulū·lxxv·

Tempus preſens ↄceſſum ē
hōmini ad merendū· ſed ī
futuro erit tempus dn̄i
ad iudicandū · Jlle em̄ qui ludit ad
decios facit auātagiū ↄpari ſuo qn̄
dat ei decios vt iactet ſicut volue
rit· Sic facit deus peccatori quādo
quaſi decios dat ei temp⁹ ad bene
operandū·modo decios habemus
.i.tempus Seneca Tempus tantū
noſtrum eſt·ſed poſt mortem non
eſt noſtrum. ſed tunc accipiet vel
habebit decios ipſe ſcȝ xp̄c· et iac
tabit contra nos decios ire.i.voca
bit aduerſuȝ nos tempus Ps· Cū
accepo tempus ego iuſticias iudi
cabo·

¶ Caplm·lxxvi·

Timor domini ſtabilit men
tem· ſicut lapides ſuperpo
ſiti aſſeribus ſiue tegulis
ſuper tecta cuſtodiunt eas ne a vē
to moueant̄ Sic timor dn̄i · vt dicit̄
Eccl̄i·xxv · ſup omnia ſe ſuperpoſuit
Et ſicut āchora tenet nauē ne mer
gatur·ita timor tenȝ cor ſtabile ne
p̄iclitetur Gregorius Anchora men
tis eſt pondus timoris· Jtem timor
introducit amorem. vt Auguſtin⁹
dicit·ſicut ſeta introducit filum·
Et ſic intelligitur de timore ſeruili·
Seta namqȝ ſic filum inducit vt ip
ſuȝ p̄cedat ſed cū ipſo non p̄mane
at· Sic timor ſeruil̄ caritatis amo
rem preuenit· ſed amore ꝑficiente
diſcedit.i.Jo·iiij· Perfecta caītas
foras mittit amorem

¶ Capitulum·lxxvij·

Tribulatio probat animū·
ſicut pomū vel malū imiſſū
dicitur ꝓbare muſtū·Nam
ſicut dicitur in libro de vindemijs·
Jlli qui volunt probare muſtum·
an purum ſit vel aqua mixtū· ma
lum aliqd̄ mittunt in vas· melius
vero eſt pirum. alij autē locuſtā·
alij cicadā· et ſi ſupernatant purū
eſt vinum·ſi merguntur mixtuȝ ē
aqua· Similiter animus ſi ſit ver⁹
vel fictus probatur ex incurſu vl̄ il
latione alicuius rei aduerſe vel cō
tumelioſe·que tunc ſupernatare ꝓ
batur: quando ſine ira toleratur·
Tunc vero ſubmergitur: quando
cor per iram ingreditur Gregori⁹
Qualis quiſqȝ apud ſe lateat illatā
ↄtumelia probat. Jtem tribulatio
probat animum·ſicut per contriti
oneȝ probatur fortitudo ſinapis·
et per feruorem fornacis virtus va
ſis· Non enim eſt magnum ſi lucer
na non extinguatur . vbi non ē vē
tus vel pluuia· ſed magnum eſt lu
cere cum vento temptationis · et
ardere in aqua tribulationis Sapiē
tie·vij· Inextinguibile eſt lumen
illius Canticoꝝ·viij· Aque multe n̄
poterunt extinguere caritateȝ·Jtē
tribulatio quanto amarior tanto
maiorem conſolationem meretur·
Naȝ quanto amariores ſunt herbe
medicine· tanto plus ponetur de
zuccaro vel de melle · vt infirmus
potionem abſorbeat. Sic eſt de cō
ſolatiōe et tribulatiōe Pſalmiſta
Secundum multitudinem doloruȝ
in corde meo· conſolationes tue le
tificauerunt animam meam · Jteȝ
tribulatio ad bonum compellit. et
etiam feſtinare facit · Nam quan
do aliquis paſtor vel alius porcum
ſuum vel ouē ducit ad paſtua vel
ad forum et non vult eum ſequi·
ligat fune vel virga percutit· et ita
inuitum ducit· Sic dominus ligat
nos infirmitatibus et alijs defecti
bus·qui aliter eum nolum⁹ ſequi·
Vnde dicitur Oſee vndecimo · Jn
funiculis ade traham eos ī vinculis

caritatis Item paſtores pecoꝛa ſu
a ſequentib9 hoſtibus ad loca mu
nita fugere compellunt Sic nos de
tribulationibus et infirmitatibus
ad celeſtem patriam intrare cōpel
limur Luce.xv. Compelle intrare
Gloſa. Qui aduerſitatibus fracti
ad amorem dei redeunt cōpellūtur
intrare. Item ſicut homo percutit
equum vel azinum ſuū vt ad viaꝫ
redeat vel vt citius vadat. ſic de9
vrget nos tribulationibus Yſai.
xxvij. Domine in anguſtia requiſi
erunt te Pſ. Imple facies eoꝛum
ignominia et querent nomē tuuꝫ
dn̄e. Et idē. Multiplicate ſunt īfir
mitates eoꝛum. poſtea accelerauē
rūt. Item tribulatio ſanctum hoī
nē ꝓbat. Nam ferrum calidū debꝫ
malleari. nō frigidum. Sic ſancti a
moꝛe dei ſuccenſi debent tribulatio
nibus ꝓbari Sicut enī ferrū calidū
dum tēditur dilatatur. ſed frigidū
frangitur. Sic boni ex tribulationi
bus creſcunt mali vero deficiunt.
Itē pottus luteus vacuus ad ignē
crepat et magnum ſonitū reddit.
ſed plenus non Ita homo a gratia
vacuus per īpatientiam crepat in
tribulatione Eccī.xxvij. Vaſa fi
guli ꝓbat foꝛnax. et hoīes iuſtos
temptatio tribulationis. Iteꝫ tri
bulari ꝑmittit deus ſanctos ſuos.
et qn̄qꝫ nō cito liberat eos a penis
preſentibus. ſicut pater nō libeāt
filium ſuuꝫ a manu medici cirurgi
ci vel magiſtri. licet videat eum af
fligi. quia ſcit ſibi prodeſſe in futu
rum. Sic deus ſuos non liberat a
tormentis. Non enim liberauit pe
trum a cruce. vel Paulum ab en
ſe Heb.xi. Alij autem diſtenti ſūt
rc̄. Et poſtea ſequitur. vt melioꝛē
inuenirent reſurrectionem. Item
pater filium ab ictib9 in toꝛneamē

to non liberat. etiam ſi videat euꝫ
graues ictus ſuſtinere vt laudem
patiendo acquirat. Sed ſi videat
eum in periculo non poſſet ſuſtine
re quin ipſum adiuuaret. Similiť
etiam deus amicos ſuos ſuſtinꝫ af
fligi in preſenti. vt laudem et glo
riam celeſtis patrie acquirant Sꝫ
ſi in periculo anime eos videat eos
liberat. Ideo deus Iob expoſuit pi
culo coꝛpoꝛis rc̄. Sꝫ dixit dyabolo.
verūptn̄ animam illius ſerua Pſ.
Adiutoꝛ in opoꝛtunitatibus in tri
bulatione. Tunc enim opoꝛtunuꝫ
eſt cum agitur de periculo anime.
Item tribulatio iuſtos purgat.
Mulier enim bonos pānos ſepe la
uat. ſed viles et veteres putreſcē
re permittit. Sic deus iuſtos flagel
lat in preſēti. ſed peccatoꝛes putrē
ſcere permittit in peccatis Apoſto
lus ad Hebre.xij. Flagellat omnē
filium quem recipit. Item tribu
latio eſt ciphus et calix domini vn
de potat amicos ſuos. Vnde ſicut
nō iraſceretur hō ſi rex faceret euꝫ
ſedere iuxta ſe et de cipho ſuo pota
ret. Sic etiam non debet iraſci de
tribulatione Mathei.xx. Calicem
quidem meum bibetis. Item tribu
latio et pena vtilioꝛ eſt in vita iſta
ꝙ̄ in alia. Nam tam diu eſt mone
ta vtilis ad lucrandum ꝙ̄ diu eſt
in curſu. modo moneta tribulatio
nis et penitentie eſt in curſu. quia
vn̄a denariata in iſto ſeculo valet
centum in alio ſeculo. Vnde dicitᷣ
Ezechielis.iiij. Diem pro anno de
di tibi.

¶ Capitulū.lxxviij.

Vana gloria ſimilis eſt mo
lendino ad ventum. quod
ſine vento non molit. et ē
ſicut cameleō q̄ ex vento paſcitur

ſt viuit Oſee·xxij·Effraym paſcit
ventum ꝛc· Et eſt etiā ſicut nauis
que ſine vento non currit·Vñ me
rito dicitur Job.xxvi. Tollet euꝫ
ventus vrens Et nota ꝙ vana glo
ria zizania eſt et ſementis mala·
quā dyabolus ſeminat in agro cor
dis inter fruges bonorum operum
vt deſtruātur·Et ſicut ex vno gra
no mali ſeminis naſcuntur multa·
ſic ex ipſa vana gloria naſcuntur
multa vitia. Vnde ſecundū Gre·
Inanis gloria generat ſeptē filias
Quarū pma eſt inobediētia·quia
vana gloria in nullo vult videri in
ferior·qđ fieret ſi faceret mandatū
Scđa eſt ɔtentio·q̄ vult vincere cū
clamore·et p hoc apparē·Tercia ē
iactantia qua quis enarrat bō ſua
vt laudabilis appareat. Quarta
eſt ypocriſis·qua querit hominibꝫ
ex exterioribꝰ apparē·Quinta ē p
tinacia·qua factū ſuū malū vel dic
tum defendit· ne erraſſe videatur
Sexta eſt diſcordia· qua ɔtra ōne
dictū aſſuit ɔtrariū ꝓpt vanā glo
riā Septima eſt nouitatū pſūptio·
qua quis noua vel dicit·vel inueīt
vt laudetur

Capitulū.lxxix·

Verba dei aſſilantur ſagit
tis·quia ſcđm Gre·Eo ꝙ
durius feriunt male viuē
tium corda transfigunt·Vñ redēp
tori noſtro de hys ſagittis a Ps·di
citur·Sagitte tue acute·ppli ſb te
cadēt· Itē verbū dei aſſilatur gla
dio·quia penetrat cor ſicut gladiꝰ
penetrat corpꝰ Apoꝰ·ad Heb·iiij
Viuus eſt ſermo dei et efficax· et
penetrabilior omni gladio ancipiti
Et nota ꝙ eandem vim habet gla
dius i manu debilis vel fortis·pui
vel magni.ſed non eundē effectuꝫ
cum fortiter vel debiliter percutit·

Sic et verbum dei in ore predicātiū
um·Item verbuꝫ dei purgat ſicut
medicina·lauat ſicut aqua·ꝛ fecū
dat ſicut pluuia·Nam ſicut medici
na purgat a corruptis et ſupfluis
humoribus·Sic verbum dei a pūis
et ſupfluis affectionibus·ꝛ ideo a
nimaꝫ ſanat Sap·xvi·Neqꝫ herba
neqꝫ malagma ſanauit eos·ſꝫ ſer
mo tuus domine qui ſanat omnia
Item ſicut aqua lauat et mundat
veſtem·ſic verbum dei mentē Job
xiiij·Vos mūdi eſtis ꝓpt ſermoēꝫ
quē locutus ſum vobꝭ·Sed nota ꝙ
cribruꝫ ſi ponatur in aqua ſtatim i
plet·ſꝫ cū extrahitur nichil intus r̄
manet·Sic multi ſunt in ſermone
qui dū audiunt pleni ſunt aqua ɔ
punctiōis et deuotiōis·ſꝫ cū receſſe
rint vacui remanēt·et auditoruꝫ
memoriā nō habent Eccī.xxi·Cor
fatui quaſi vas ɔfractū oēm ſapiē
tiā nō tenebit. Sꝫ nichilominꝰ at
tende ꝙ vas cui aqua īfundit. licꝫ
aquā nō retineat·ē tamē mūdius
ꝙ ſi non infunderet· Sic ille qui
frequent audit verbū dei ꝙ ille q̄ n̄
audit·Itē mulier cū i ſpeculo ſor
des aſpicit aqua abluit. Sic verbū
dei ad modum ſpeculi maculas cor
dis oñdit·et dat aquaꝫ grē ad la
uandū Prouerb.xij. Doctrina bō
dabit grām·Itē vbū dei fecūdat a
nimā ſicut pluuia trā Deut·xxxij
Cōcreſcat vt pluuia doctrīa mea
Pluuia enim facit exire de tra ver
mes bufones·ꝛ herbas germinaē
Sic verbū dei pccā ab hoīe facit exi
re ꝛ bonū ꝓpoſitū germinaē Leui·
xxvi Dabo vobꝭ pluuias tpibꝫ ſuis
et agri gignent germē ſuū Itē ver
buꝫ dei mundat et purificat affectū
ſicut manipulus coriādri purificat
oleum. Dicit etiam Palladius·ꝙ
ſi animal in oleum ceciderit·ꝛ oleū

putredine ac mdore viciauerit iu
bent greci coriandri manipulum i
olei metreta ſuſpēdi· atqȝ ita pau
cis diebus manere· et ſi nichil de
mdore dimiſerit mutandū eſſe cori
andrum donec ſuperetur hoc vitiū
Tunc quippe animal in oleum inci
dit quando carnalis temptatio in
cor deuotū incurrit· quod putredi
ne viciatur qn̄ delcātiō e polluitur
Sed quid per manipulum coriādri
niſi ſtudium ſignificat diuini vbi?
Coriandrū quippe canibus dicitur
eſſe contrarium. qȝ nimirum diui
num eloquium peccatoribus ē ad
uerſum· Manipulus aūt dicitur·
eo qȝ manu capiatur. Vnde coriā
drū ad manipulū ducitur quādo
verbi diui ſtudiū ad opus ordinat
Manipulus ergo coriandri.i.ſtudi
ū diuini verbi corruptionē aīs ab
oleo abſtēhit· qȝ delectationē tēp
tationis carnalis ab aīo repellit·
Vnde Ihero· Ama ſcientiam ſcrip
turaꝝ· et carnis vitia non amab

## Capitulū·lxxx.

Verba et mores peccatoruȝ et carnaliū hoīm diſplicēt iuſtis· ſic diſplicet guſtui
tibus inſulſus. Vnde Iob·vi· Nū
qd comedi poterit inſulſuȝ quod n̄
eſt ſale cōditū? Verba quippe mo
reſqȝ carnaliuȝ quaſi cibaria ſe no
ſtris mentibus ingerunt· vt in de
lectationis ventre rapiantur· ſed
elect9 quiſqȝ inſulſa non comedit·
qȝ prauorū dicta factaqȝ dnudicās
ab ore cordis repellit· Paulus em̄
ad eſum mentiū inſulſa inſerri phi
buit· cum diſcipul' dixit Colo· iiij·
Sermo veſter ſemper in ḡtia ſit ſa
le conditus· Et Ps· queqȝ verba
reprobop in cordis ore inſulſa ſapi
ebat et dicebat· Narrauerunt mi
chi iniq̄ fabulationes· ſed n̄ vt lex
tua· Sepe autē verba carnaliū dū
importune ſe nris aurib9 ingerūt
in corde bellū temptatiōis gignūt
Et q̄uis hec rō reprimat et lingua
reprehendat· cum labore tn̄ intus
vincitur quod foris cuȝ auctorita
te iudicatur· Vnde neceſſariū ē·qȝ
nec ad aures veniat qd mēs a cogi
tationis auditu vigilans repellat
Sancti igitur viri q̄ ad eternaȝ vi
tam deſiderio anhelāt. in tanta ſe
altitudine vite ſbleuant' vt audiē
iam q̄ mūdi ſūt graue ſibi ac depri
mens pondus credant Valde nāqȝ
inſolens ac intolerabile eſtimant
quidquid illud nō ſonat quod it9
amant ſicut Gre· dicit·

## Capitulū.lxxxi·

Virginitas aſſimilatur lāmpadi· quia ſicut lāpas fracta non reparatur· ſic vir
ginitas amiſſa nō recuperat· Naȝ
ſi q̄s amiſerit v̄ginitatē ſuā ſi totū
mūdum daret plenū auro nō rcu
peraret eā Amos·v· Virgo iſrl' p
iecta ē in t̄ram ſuā nō eſt q̄ ſuſcitȝ
eā. Item virginitas ſine caritate
et gratia ē ſicut lampas ſine oleo
Bern· Subtrahe oleum lampas n̄
lucet· tolle caritatem caſtitas non
placet· Item virginitas corporis
plena ſecularis deſiderii ſimilis eſt
latrine habenti orificiū deauratū·
et lampadi integre plene ſtercore
Et etiā ſimilis eſt ſepulchro a fere
tro exterius ornato Mathei·xxiij
Ve vob ypocrite qui ſimiles eſtis
ſepulchris dealbatis· Iteȝ virgīes
debent eſſe ſolitarie et pauide· nō
audaces vel domeſtice· Animalia
enim ſilueſtria pulchriorem habēt
pellem q̄ domeſtica. et onager ſil
ueſtris q̄ domeſticus. Similit' etiā

virgines ſolitarie pulchriores eſſe
ſolent q̄ affabiles. Nā familiaritas
et affabilitas viā ad luxuriā prepa
rat.

Capitulū. lxxxij.

Virtutes ſanctorum vnguē
tis aſſimilantur. Sicut enim
vnguēta redolere latius ne
ſciunt niſi ɔmota. et ſicut aroma
ta odorem ſuum nō niſi cū incēdū
tur expandūt. ita ſcī viri omne qd
virtutis redolēt in tribulationibz
innoteſcunt. ſicut Gre. dicit. Itez
virtutes aſſimilantur liquoribus. ſcz
vino oleo et melli. Omne enim vi
num ī medio ſui vaſis melius eſt.
et oleum in ſuperficie. ſed mel eſt
melius in fundo. Et ideo vt dicūt
experti viri. cum fit vini trāſfuaſa
tio. qd eſt in ſupremo vel in fundo
tunc bibatur. medium autē reſer
uetur. Hinc eſt q̄ quidā pro ioco
ppinant amicis ſuis triplex vinuz
de vno vaſe dando eis de ſupremo
medio et infimo. Sicut ergo inter
liquores aliqs diligit locū ſupmū.
aliquis medium. aliquis infimum
Sic etiam int̄ virtutes ſupmū que
rit caritas. īfimū petit humilitas.
medium autē tenet quelibet v̄tus
moralis. de qua Phūs dicit. q̄ vir
tus eſt habitus electiuus ī medieta
te conſiſtens

Capitulū. lxxxiij.

Vite preſentis ac future ſta
tus figuratus eſt in taber
naculo et templo veteris
teſtamēti Nam per tabernaculum
qd erat mutabile fig urabatur ſta
tus mutabilis preſentis vite. Per
templum vero qd erat fixū et con
ſtans figurabat̄ ſtabilitas vite fu
ture q̄ eſt oīno īuariabil̄. Et pter
hoc ī edificatiōe tēpli dr̄. q̄ n̄ ē au
ditus ſonitus mallei vel ſecuris. ad
ſignādū q̄ oīs perturbatiōis tūml
tus longe eſt a ſtatu futuro. Aliq̄
tamen dicunt q̄ per tabernaculū
figurabatur ſtatus veteris legis.
Per templū autem a ſalomone ɔ
ſtructū. ſtatus legis noue. Vn̄ ad
ɔſtructionez tabernaculi ſoli iudei
ſunt operati. Ad edificationē vero
templi opati ſunt etiam gentiles.
ſcz tyrij et ſidonij

Caplm. lxxxiiij.

Vita hominis corporalis aſſi
milatur tele pter tria Pri
mo ratione ɔtexionis. q̄a
ſicut tela ɔtexitur filis. ita vita ho
minis diebus pficitur Sed quo au
gmentū pcipit eo ad inciſionē ten
dit. Nam cuz tpa percepta p̄tereūt
futura deplicantur. et de vniuerſo
vite ſpacio tāto ſūt pauciora que
voluūtur quo multa ſunt que trā
ſierunt Job. vij. Dies mei velocius
tranſierunt q̄ a texente tela ſucci
ditur. Scdo ratione inexiōis Tela
q̄ppe īfra ſupraq̄ ligata duobus lig
nis innectitur vt texatur. Sz quo
īferius texta inuoluitur. eo ſupius
texenda deplicat̄. vt vnde ſe ad au
gmentū multiplicat. inde ſit mini
mū qd reſtat. Sic nimirū vite nr̄e
tpa et trāſacta q̄ſi inferius voluimus
et ventura q̄ſi ſupiora deplicamus. q̄
quo plus ſūt p̄terita. eo minus eſſe
incipiūt futura. Tercio rōne ſucci
ſionis Tela enī breui tpe texit̄. et
ideo cito ſuccīditur Sic homo breui
viuēs tpe cito morit̄ Yſa. xxxviij.
Preciſa eſt velut a texēte vita me
a Vn̄ Gre. dicit q̄ tela tarditatem
ɔpuectus. vita aūt pn̄s morā defcus
non habz. In illa nāq̄ cū laboran
tis manus figit̄ aduētus t̄mi elōga
tur. In iſta v̄o q̄ tpe deſinēs ideſi
nent̄ ɔſumimus. ad finē nr̄i itineris
etiā q̄eſcēdo puenimus. et p curſum

noſtri tranſitũs etiam dormientes imus. Electi ergo quia pn̄tis vite momenta decurrere ſub feſtinatiõne cõſpiciunt nequaq̄ in hoc mobilitatis itinere cordis intentionẽ figunt. ſicut dicit Gre.

¶ Capitulũ. lxxxv.

Vita humana ſpiritualis aſſimilatur militie. ¶ Primo ꝓpter pugne neceſſitatez Quã diu enim in hac vita preſẽti homo tenetur pugnare nec̃ce eſt eũ Primo ꝓpter diaboli malignitatẽ Vnde Job. vij. ſcdm vnã litteram dr̄. Temptatio eſt vita hoĩs ſuper terrã Gre. Quid temptationis noĩe n̄ pugna cõtra malignos ſpũs exꝓmitur? Ergo vita hominis temptatio eſt. q2 dũ contra malignoꝝ ſpũum inſidias vigilat in belloꝝ ꝓcinctu ꝓculdubio deſudat. Secũdo habet pugnare ɔtra ꝓpriam infirmitatem. Sponte q̃ppe a ſtatu ɔditionis lapſus corruptiõis ſue putredini ſubditus. dum ſibi ex ſeipſo moleſtias gignit in quadã pugna varietatis exiſtit Vnde nũc et ſi ad ſũma appetenda et etiã conſequenda ſe erigit mutabilitatis lubrice ĩpulſu ꝓtinũs ad ſemetipſũ cadit. vult in contemplatione ſtare. ſed nõ valet. cogitatiõis egreſſũ figere nititur. ſed ĩfirmitatib9 ſue lapſibus eneruat᷑. Qui nimiꝝ mutabilitatis ſue onera. q2 volens expetijt nolens portat. Quietus homo carnẽ poſſidere potuit ſi bene ab autore conditus poſſideri voluiſſet. Cũq3 ſe erigere cõtra ɔditorem ſtuduit i ſemetipſo ꝓtin9 carnis ɔtumelias inuenit. Sed q2 cum culpa ſimul ab origine etiã pena ꝓpagatur. inſerto infirmitatis vitio naſcimur. et q̃ſi cũ hoſte deducimur. quẽ cum labore ſuperamus. Ipſa ergo hoĩs vita pugna eſt. cui ex ſemetipſa naſcit᷑ vnde ꝓimatur. Tercio habet pugnare contra viciorum naſcentiũ ꝑplexitatẽ. q̃a ſcꝫ penitentis aĩa ſẽp in pugna eſt. q2 et ſi ſemp ex vtute ſuccidit qd ex infirmitate gn̄at ſẽper tn̄ ex infirmitate gn̄at qd ex virtute ſuccidat. Nam etſi iam ab iniquitatis ꝑpetratione ɔpeſcitur. in ipſis tn̄ bonis opib9 modo malorũ memoria. mõ ſeductionis caligine tẽptationis ſue interruptiõe fuſcatur. Alius naq3 a luxuria iaꝫ carnẽ refrenat. ſed tn̄ adhuc luxurie fãtaſmata tolerat. q2 q̄ volẽs fecit hoꝝ etiam inuitus meminit. et penã ſuſtinet qd voluptatez putauit. Quia vero ad deuictam culpam retrahi metuit. ventrẽ mire rigore abſtinentie cõſtringit. vultuſq3 ex abſtinentia palleſcit. Cũq3 pallor in facie aſpicitur venerãda ab hoĩbus vita laudatur. moxq3 i anĩs gloria abſtinentis aĩm cũ verbis fauoris ɔcutit. quã ɔcuſſa mẽs dũ ſbice n̄ valꝫ euꝫ ꝑ quẽ veneat ẽ g e a facie pallorẽ q̃rit Sicq3 fit vt ĩfirmitatis nexib9 ligata. q̃ pallorẽ abſtinẽtie fugiẽs iteꝝ palimẽta ſbdi luxurie metuat. q̃ ĩpulſũ luxurie ꝑ abſtinentiã ſupãs pallorẽ ſuũ inani gl̃e militiã ꝑtimeſcat. Alius lapſũ ſupbie ſupãs toto iã deſid͛ci o ſtatũ hũilitatis apphẽdit Cũq3 ſuꝑbiẽtes quoſdã vſq3 ad oppſſiões ĩnocẽtiũ erũpẽ ɔſpicit p9ponẽ aliquãtulũ cogit qd decreuit. vi rectitudis exẽit et ꝑuis n̄ mãſuetudie ſ auctoritate ɔtẽdicit Vn̄ plerũq3 fit vt q̃ ꝑ hũilitatis ſtudiũ rectitudis zelũ deſerat. q̃ zelo rectitudis tẽꝫ hũilitatis ſtudiũ qd tenebat. Cũq3 ſuaui ſimul et zeli auctoritas. et ꝓpoſita hũilitas non poſſit. ſibimet ipi hõ ex perturbatiõe icognitus

reddituꝛ ita vt vehementer abigat
ne apud ſeductum aīm aut ſupbia
ſe auctoꝛitate zeli inſinuet. aut toꝛ
poꝛ pauidus humilitatem fingat.
Alius quāta ſit fallacie culpa. et
fidei ꝯtus conſiderans. arcem veri
tatis eligens. decernit vt ex oꝛe iā
falſus ſermō nō pꝛodeat. ſeſeqꝫ ſu
ditus a mendacij tranſgreſſione
diſiungat. Sed fit pleruncqꝫ. vt dū
verū dicitur vita pꝛoximi grauet.
Cuncqꝫ ingerere alteri leſionez me
tuit. ad hoc qd dudū pꝛeſſerat fal
lacie vitium quaſi ex ſtudio pieta
tis redit. ſicqꝫ fit. vt ſi malitia mtē
non teneat. in eo tamen veritatis
iudicium vmbra mendacij obſcu
ret. Vnde et ſepe quia percōtatus
quiſqꝫ conticere non valet. aut falſū
dicens ſuam mentem trucidat. aut
verum loquens pꝛoximi vitaz gra
uat. Alius amoꝛe conditoꝛis excita
tus a terrenis cogitationibus mē
tem curat aſſidua oratione ſuſpen
dere. atqꝫ hanc in ſecreta quietis ī
time ſecuritate collocare. Sed i ipo
ſue orationis aſcenſu dum eleuare
animum ab infimis nititur: iſmo
rum fantaſmatibus reuerberatur
atqꝫ ad intuendum lucem mentis
oculus tenditur. ſed ex coꝛpoꝛeo v
ſu ſurgentibus terrenoꝛum imagi
nibus obſcuratur. Vnde fit pleruncqꝫ
vt intendentis animus ipſa ſua in
firmitate fatigatus. aut orationez
deſerens deſidia toꝛpeat. aut ſi diu
in oratione permanſerit. aput eius
oculos oboꝛtarum imaginū caligo
deſeſcat. Pꝛopter que oīa recte dici
tur. q militia ſiue temptatio eſt vi
ta hominis ſuper terram. Secundo
vita hominis aſſimilatur militie ꝓpter
armature contrarietatem. Quia ſcꝫ
mens humana ipſis ſuis ſpirituali
bus armis. quibus ſe defendere ni

titur impugnatur. Vnde fit vt ſi eis
careat pigreſcēdo ſupetur. Et rur
ſus. ſi ea illa ſumat eiſdem ipſis vul
neretur. Nam ecce iſte ab eruditio
ne diuine legis alienus ignoꝛantia
ſua depꝛimitur. ne qd optinēde ſa
lutis operetur. Ille diuine legis ſci
entia pꝛeditus. dum ſibi pꝛe alijs
gaudet intellectuz ſuppetere. quia
priuato gaudio exultat. perceptī in
tellectus in ſe munera diſſipat. et
inde in iudicio ceteris deterioꝛ exhi
betur. vnde ceteris ad tempus cla
rioꝛ oſtenditur. Hunc quia virtutū
dona non ſubleuant. etiam viam
ſimplicem rectitudinis declinat.
et velut extraneum ſe a celeſti mu
nere deputans. quaſi eo ſecurius ꝑ
ua agit. quo ſuperni doni ſublimia
munera non percepit. Illum vero
ꝓphetice ſpūs replens ad pſciam
ſubleuat. eicqꝫ ventura qſi iā pꝛeſē
tia oſtendit. Sed dū ſepe et in mul
tis ſuper ſemetipſū tollitur. vt futu
ra veraciter contempletur. mens in
ſui confidentiā deducta eū qui haberi
non ſemper poteſt ſemper ſibi ad
eſſe ꝓphetice ſpiritum eſtimat. cumqꝫ
oīne quod ſenſerit ꝓphetiam putat
Et quia ſibi hāc et cum non habet
tribuit. et in quātum haberi potu
it amittit. Sicqꝫ fit vt inde poſt ali
oꝛum merita triſtis redeat. vnde
eſtimationem omniuz letus pꝛibat
Militia ergo ſiue temptatio eſt vi
ta hominis ſuper terram. q aut ali
ena a virtutibus ad celeſte pmiuz
fugere nō valet. aut ditata donis ſpiri
tualibus aliquando deterius ex oc
caſione virtutum ruit. Tercio vi
ta humana etiam coꝛpoꝛea aſſimi
latur militie pꝛopter deficientie ve
locitatem. Nam per militie trāſitū
ad finem cotidie tenditur. cumqꝫ
p oꝛdinem militie locus creſcit. tota

militia ſimul homini deficit. Militi
a ergo eſt vita hominis ſuper traz
Quia dum vnuſquiſq; ad vite pro
uectum per temporum augmentũ
tendit. augendo vitam viuere de
ſinit. dies quippe expectantur vt
veniant. ſed cum ad augmentum
vite veniunt iam ab augmẽto vi
te ſubtrahuntur. Quia et itineran
tis greſſus dum in anteriora profi
cit qđ reſtat iter decreſcit Vita er
go noſtra militia ẽ. que quãto ad
augmenta ducitur. eo vt non ſit
finitur. Item vita noſtra aſſimi
latur ſtuppe Eccĩ. Prophane ſtup
pe collectio ſinagoga pretereuntiũ
Primo propter vſum. Fiunt enĩ
ex ſtuppa fila groſſa. inequalia. de
bilia. et nodis plena. Talia autẽ
ſunt opera peccatorum. ſcʒ groſſa
propter defectum prudentie. Ine
qualia propter defectum iuſticie.
debilia propter defectum conſtan
tie ſiue fortitudinis. et nodoſa .i.
nexibus voluptatum plena ꝓpter
defectum temperantie. Secundo
ꝓpter ſiccum. Eſt enĩ ſtuppa multũ
ſicca. et ideo cito accipit flãmam.
et cito ꝯtitur ĩ fauillam. Sic mẽs
peccatoris cum ſit ſicca ab humore
gratie cito inflãmatur a temptati
one et peccati delectatiõe. ſed cito
deficit delectatio operis. que tãdẽ
vertitur in fauillam .i. in cruciatuʒ
ignis. Tercio propter fumum. qꝛ
fumus ſtuppe dũ extinguitur ama
rus et tenebroſus inuenitur. ocu
lis nociu9. et naribus fetidus. Fu
mus ergo ſtuppe eſt delectatio cul
pe. que extinguitur cum opus pec
cati finitur. et tunc relinquit in ꝯ
conſcientia amaritudinem. in ani
ma tenebroſitatem. oculis intuẽ
tiũ nocet per malam edificationẽ.
et naribus per infame fetorem.



Capitulũ. lxxxvi.

Vitia ſunt prius extirpan
da. et poſt inſerende vir
tutes. Nã ſi camporum ſẽtes
arator vomeris ſciſſione nõ eruit.
terra accepta ſemina in ſegetem ñ
producit. Et ſi putredinem medi
cus vulneris vel vlceris apertione
non eicit. nequaq̃ in loco putredi
nis ſana caro conualeſcit. Itẽ vi
tia etiam per penitentiã vl' emẽdati
onem purgata aliquam poſt ſe no
tam vel virtutum debilitatem ſeu
ad peccãdum ꝓnitatẽ relinquũt.
ſicut etiaʒ poſt ſanationem vulne
ris remanet cicatrix. Symon ẽgo
ille quem dominus a lepra mũda
uit etiam poſt emundationem ſem
per vocabatur ſimon leproſus. Et
ſicut qui vulneratur in pede etiam
poſt ſanationẽ vulneris claudicat.
Sic etiam poſt viciorum conſueto
rum correctionem remanet proni
tas quedam et debilitas.

Capitulũ. lxxxvij.

Vnitas ſpiritualis aſſimila
tur vnitati rerum corpora
lium. Eſt enim in reb9 cor
poralibus triplex vnitas. ſcilʒ ar
tificialis naturalis et ſocialis. Arti
ficialis quidem eſt ex partium ĩte
gritate. ſicut eſt vna domus ꝯſtãs
ex multis partibus. quarum nulla
per ſe domus dicitur. omnes vero
inſimul vnite conſtituũt domuʒ v
nã Vñ boeti9 Vnũ ẽ indiuiſũ in ſe
ab alijs autẽ diuiſum Et talis res
q̃ diu ẽ vna ẽ Vñ ſi diuidat̃ nõ ẽ Sic
patʒ ĩ cultello. q̃ vn9 ẽ ex manu
brio et ferro Vnde ſi ferrum a ma
nubrio ſeparetur. iam non eſt cul
tellus ſed duo fruſtra. Hec vnitas
ſpiritualiter debet eſſe in homine
reſpectu ſui quo ad mentis integ̃
tatem. Cordis enim diuiſio ſignũ

eſt mortis Oſee·xi· Diuiſum eſt cor
eoꝝ ꝓpterea interierunt Vnde aīa
que diuidit affectiones ſuas circa
multa eſt ſicut candela que tot pie
tib⁹ adheſit ꝙ auulſa cera ſua vix
ſuū ligmē remanſit in ea· Vnde de
anima ſancta dicitur Cant·vi· V
na eſt columba mea· Scda eſt vni
tas naturalis ſicut anime ⁊ corpis
in vna perſona· et pluriū ꝯſangui
neoꝝ ī vna parētela· et talis vni
tas ꝯpetit hoīm reſpectu dei. i. Cori
vi. Qui adheret deo ſcꝫ per fideꝫ ⁊
caritatē vnus ſpūs eſt cum eo. Et
nota ꝙ in homine cato vnita ſpiri
tui ſuſcipit ab eo multa bona. ſcili
cet vitam motum ſenſum et hmōi
Et ſimiliter pauper homo ꝯſangui
nitate ꝯiunct⁹ diuiti ſuſcipit ab eo
multa dona· Vnde multuꝫ appetit
pauper nobilis matrimonium mu
lieris diuitis ꝓpter bonorum coīcati
onem · Ergo multo magis appetē
da eſt vnitas caritatis cuꝫ deo. q̄ ē
ſummum bonum· a quo eſt omne
datum optimum et omne donum
perfectum· Vnde anima ex carita
tis coniunctione aſſequitur cōmu
nionem multorum et magnoꝝ bō
norum Sap. vii. Sciens quoniam
mecum ꝯmunicabit de bonis. ⁊ Sa
piencie. vii· Venerūt michi oīa bo
na ⁊c. Tercia eſt vnitas ſocialis ſi
cut multoꝝ mercatoꝝ in vna ſoci
etate · Sic debet homo in caritatē
vniri et ſociari proximo ad lucrum
vite eterne· ita vt poſſet dici· Ecce
ꝙ̄ bonū et ꝙ̄ iocundū habitare fra
tres in vnum· Hanc ergo vnitatē
facit vinculū caritatis ad proximū
ſine qua mutua pax aut ſpūalis gr̄
cia non conſeruatur· ſed effūditur
et euacuatur· ſicut vinum de dolio
ſine vinculo Et nota ꝙ̄ hec vnitas
et vinculum caritatis multoꝝ con

gregatoꝝ in vnū valet ad multa ·
Primo quidē ad laborandum· Nā
ſicut homo debilis fortiori ſociatus
portat ſeu trahit· qḋ per ſe ſol⁹ tra
here vel portare nō poſſet· ſic ē vn⁹
hō alteri in caritate vnitus Eph ·
iiii· Supportantes īuicem in carita
te· Itē valet ad īflammādum Lig
nū eīm parit ꝯgregata maiorē ignē fa
ciunt Eccl̄s· iiii· Vn⁹ quomodo ca
leſiet? Item valet ad īpetrādū· qz
multi rogātes facilit̄ exaudiunt ·
ſicut abbas faciliter audit ꝯuentū
quando ſimul aliqḋ petunt Et ſilr̄
quando omnes ciues alicuius reg
ni aliquid petunt a rege· non de fa
cili negat eis · Et vnus denarius
minus bonus recipitur aliquando
cum multis bonis· qui per ſe refuta
retur· Sic p̄ces vnius admittūtur
ratione alterius. i. Pet· iii· Omnes
vnanimes in oratioē eſtote . Iteꝫ
valet ad pugnandum Nā quotiēs
filii iſrl̄ ꝯgregati fuerunt. victores
extiterūt· diſperſi vero victi ſunt·
Pugna eīm vnanimiter aggreſſa
victoriam parit · ſicut cauda equi
diuidendo pilum a pilo facilr̄ pōt
rumpi: ſed nō ſimul accepta Eccl̄s·
iiii· Si quiſpiā preualuerit vni duo
reſiſtunt ei Dicitur ꝙ ſalandin⁹ cū
moreretur vocauit filios ſuos . et
iuſſit vt ſinguli afferrēt vgas· q̄s
diuiſas de facili fregerūt. ſed ſimr̄
iunctas frangere non potuerunt·
Et dixit eis· Sic filii ſi ſitis vnū int̄
vos et vnanimes non poteris vici
nec frangi. ſed ſi diuiſi et ſepati vi
cemini· Item valet ad ſupportādū
Leuis eīm eſt ſarcina quātūcūqꝫ
debili quando iuuatur a plurib⁹ ·
ſicut patet ī ceruis quando trāſe
unt aquas· quorum vnus ſuſtētat
caput alterius· et membra etiam
corporis inuiceꝫ ſe ſupportant Ro·

xij. Vnū corpus ſumus in xp̄o. ſin
guli autem alter alterius mēbra.
Itē ad ſecurandū. Miles enim nō
eſt ſecutus extra exercitum, nec
obſeſſus extra caſtrum. Sic nec fi
delis extra cōgregationem bono
rū. Item valet ad congaudendū.
Nullius enim rei ſine ſocio iocunda
eſt poſſeſſio. Apis em̄ pluriū floꝝ
humorem in vnū cōgregat vt mel
lificet. Vnde in vita eterna vere ērit
perfecta vnitas. et perfecta iocun
ditas Nā ibi erit vna vox letantiū
vnus ardor cordiuꝫ. amor pfectus
et vn⁹ oīm ſpūs Io. xvij. Vt ſint
vnū ſicut et nos vnū ſum⁹

Capitulū. lxxxviij.

Unctio ſpūalis gratie q̄ttuor
ſignis oſtenditur. cū eſt in
terius in corde. Primū eſt
ſi mandata dei ſeruat Ligna enim
et ligmē oleo vncta ignis facilius
accendit et vrit. i. Io. ij. Vnctionē
quā accepiſtis maneat in vobis. que
ſcꝫ ad obſeruanda dei mandata cor
īplet et iſlāmat. Scdm eſt ſi vincu
lū dyaboli. i. peccatū totalit̄ euadit
Pugil em̄ bene vnctus non diu a
ſocio tenetur Ecci. xlviij. Qui vn
gis reges ad penitentiā. Tercium
eſt ſi lucide de rebus iudicat. Res
enim vncta lucidior eſt. Sic aīma
gratia vncta clare ac lucide et vere
iudicat de mundanis. i. Io. ij. Vos
vnctionem habetis a ſancto. Vbi
gloſa. non eſt neceſſe vt doceami
ni. ſed vnctio docet vos que ſcilicꝫ
tenenda ſunt. et que non. Quar
tum eſt. ſi onera tribulationum et
infirmitatum et pn̄e et huiuſmoi
patienter et ſine murmure portat
Quadriga em̄ ſi eſt bene vncta cur
rit ſine ſtridore Ecci. xxxviij. In
hys curans mitigabit dolorem Vn
guentarius faciet pigmenta ſuaui
tatis. et vnctiones conficiet ſanita
tis. Sed nota ꝙ vnctum locū inua
dunt muſce et inquinat̄. Sic demo
nes illos quos viderint habere ḡ
tiam nituntur īquinare prauis co
gitationibus Ecci. x. Muſce morie
tes. i. imunde cogitationes pdunt
ſuauitatem vnguēti. i. bonoꝝ op
rum meritum vel deuotionem ora
tionis.

Capitulum. lxxxix.

Voluntati ꝓprie maxime cō
ſueuerunt inniti homines
aſtuti et religioſi vel prela
ti. Nam pellis quanto eſt ſubtilior
tanto eſt difficilior ad excoriandꝫ
Sic qui plus habent de ſubtilitate i
genij vel religionis difficilius exu
untur ꝓpria voluntate. Itē caput
aīalis difficilius excoriatur q̄ alia
mēbra. Per caput vbi magis vi
gent ſenſus corporis q̄ in alijs mē
bris ſignificantur prelati et illi qui
plus videntur habere diſcretionis
Tales difficilius excoriātur a ꝓpria
volūtate q̄ ſimplices. eo ꝙ i mlta
ſapientia multa ſit indignatio Itē
anguilla pellem lubricā habet. et
vix teneri poteſt ad excoriandꝫ.
Sic multi ita lubrici et mobiles ſūt
ꝙ pelle ꝓprie voluntatis expoliari
nō poſſunt. ſemper rationes ad ex
cuſandꝫ vel contradicendum ha
bentes. Hee ſunt pelles contradi
ctionis quibus cōminatur domin⁹
per Abac. iij. dicens. Turbabunt
pelles terre madian ſcꝫ in pn̄ti ſecu
lo vel in futuro iudicio

Capitulū. xc.

Usurarius q̄ diu detinet a
lienū bonꝫ ipe a dyabolo
detinet̄. Vas em̄ plenū aq̄
in fūdo firmi⁹ tenet̄. et hoc ñ eēt n
aquā i ſe tenet̄. et tā diu tenebit̄ q̄
diu aquā cōtinebit Sic q̄ tenꝫ alienū

tenetur ipſe a dyabolo. Itē vſura
rius qđ per vſuras extorquet ſup
ſeipſum accipit.i.ſup animā ſuaꝫ.
et dū pignus accipit a proximo a
nimam ſuam ipigneꝛat dyabolo.
Vnde q̄cquid de vſurario lucro ex
pendit: ſuper ſeipſum expendit. Et
ideo ſilis eſt aīalibus emptis a car
nificibus que ad occidendum impi
guantur. ꝓ quibus quicq̄d carni
fex expendit ſup ea expendit Ie.
xii. Congrega eos tanq̄ȝ gregem
ad victimam. et ſanctifica eos in
die occiſionis.i.ſepa eos tanq̄ȝ ea
que ſolent imolari

Capitulū. xci.

XPriſtus aſſimilatur ſtate
re. Quia vt Gre. dicit Ad
penſanōū vite noſtre meri
tūꝫ venit ac ſecum iuſticiam ſil' et mi
ſericordiam detulit. ſed miſericordi
e lance proponderās culpas nrās
pendo leuiauit. In manu etenīꝫ
patris quaſi ſtatera miri libramis
factus. hinc in ſe calamitatē nrāꝫ
et illinc peccata ſuſpēdit. Sꝫ q̄uis
ponderis calamitatē moriēdo ino
tuit. et apud miſericordiā ſuā de9
leue eſſe pccm̄ relaxando monſtra
uit. qui hoc pmū grē ꝯtulit quia
penam noſtram nobis cognoſcibi
lem fecit Nā quāta pena noſtris de
beretur peccatis. ex penis et morte
apparuit ipſius redēptoris. Itē cri
ſtus figuratus eſt in lege veteri per
illa que ꝯtinebant in tabernaculo
moyſi Ipſe eni figurabat per ea q̄
erant i tabnaculo interiori. per ꝓ
piciatoriū. q2 ipe eſt ꝓpiciatio pro
peccatis noſtris. vt dicitur.i. Io. ii
Et ꝯuenienter hoc ꝓpiciatoriū a che
rubin portabatur. q2 de ipſo ſcrip
tū eſt Adorēt euꝫ oēs angeli eius.
Ps. Qui ſedes ſuper cherubin ꝛc.
Ipſe etiā figurabatur per archaꝫ.
quia ſicut archa erat cōſtructa de
lignis ſethim: ita corp9 xp̄i de mē
bris puriſſimis ꝯſtabat. Erat autē
deaurata. q2 xp̄c fuit plenus ſapiē
tia et caritate que auro ſignatur.
Intra archam āt vrna aurea erat
.i. aīa habens manna.i. omneꝫ ple
nitudinem deitatis. Erat etiā in ar
cha virga.i. poteſtas ſacerdotalis:
quia ipſe factus eſt ſacerdos ineter
nuꝫ. Erant etiā ibi tabule teſtam̄
ti ad deſignādūꝫ ꝙ ipe criſtus eſt le
giſlator. Item criſtus figurabatur
per ea que erant i tabernaculo ex
teriori. ſcꝫ per candelabrum. q2 ipe
dixit. Ego ſum lux mundi. Et per
ſeptem lucernas ſeptē dona ſpūs
ſancti notantur que fuerunt in eo
Ipſe etiam figurabatur per mēſā
quia ipſe eſt ſpūalis cibus. ſcđm il
lud Io. vi. Ego ſum panis viuus
Duodecim autem panes figurabāt
duodecim aplos vel doctrinā eoꝝ
Vel per cādelabrū et menſā pt ſig
nificari doctrina et fides eccie. q̄ il
luīnat et ſpūalit' reficit. Ipe etiaꝫ
xp̄c figurabat' p duplex altare ſcꝫ
holocauſtoꝝ et thimiamatis. quia
per ipſū oportet nos offerre ōnia
v'tutum opera. ſiue illa quib9 affli
gimur. que offerebantur in altari
holocauſtorum. ſiue illa que maio
ri mentis perfectione ſcꝫ ſpirituali
a perfectorum deſideria deo offerun
tur in xp̄o quaſi i altari thimiama
tis. ſecundum illud Heb. vlt. Per
ipſum ergo offeramus hoſtias lau
dis ſemper deo. Et nota ꝙ Exodi.
xx. dn̄s mandauit. ꝙ fieret altare
de terra. vel ſaltē de lapidib9 nō ſe
ctis. Et iterum ꝙ etiam non face
rent altare excelſuꝫ. ad quod opor
teret aſcendere per gradus. ad de
ſignandum ꝙ in criſto domino no
ſtro qui eſt verum altare debemus

500

ↄfiteri veram carnis naturam quã tum ad humanitatẽ. quod eſt altare de terra vel lapide facere. et quan tũ ad deitatẽ debem9 in eo ↄfiteri patris eq̃litatẽ. q̃d eſt non aſcẽdẽ per grad9 ad altare. Ipſe em̃ criſt9 non minor prẽ eſt aut ſpũ ſancto. ſed coeternus et coequal' vtriq; vi uens et regnans deus in ſecula ſe culorum Amen.

¶ Explicit liber no nus de exẽplis et ſimilitudinib9 rerũ

¶ Incipiunt capitula libri decimi.


De abiectis a mundo .i.
De ablatiõe tpaliũ ij.
De adulatoribus iij.
De amore ſui ⁊ pximi ⁊ mũdi. iiij.
De auaritia v.
De auditu verbi vi.
De beneficijs xp̃i vij.
De bono et malo viij.
De carne ix.
De clericis x.
De cogitationibus xi.
De ↄfeſſione xij.
De ↄpunctione xiij.
